Hyoscyamus, Henbane. Fumus seminum per infundibulum ore exceptus, specificus est. *Etmullerus.*

Vel ℞ Seminum ℥ij. Ceræ ℥i. m. f. pasta cujus fumus (ut supra) ore excipiendus. *Jungken.*

Sabina, Savin. Fiat decoctum foliorum in Vino, quod ore retentum Copiose vermes ejiciet. *Jungken.*

DIABETES.

Agrimonia, Agrimony. Pulvis hujus vino rubro exhibitus multum commendatur à *Riverio.* Vel, Decoctum foliorum Vino factum & potum specifice prodest. Uti etiam, eodem modo præpar. decoctum *Alchimillæ*, Ladies Mantle, & *Calamenthæ*, Calamint. *Etmullerus.*

DIARRHOEA.

Agrifolium, Holly. ℞ Pulv. fol. Agrifolii ℈ij. vel ℥i. detur in vehiculo idoneo. *Ratus.*

Amaranthus, Flower-gentle. Pulv. florum in Vino sumptus, specificus est. *Prax. Mayern.*

Argentina, Silver-weed. Cocta cum radice, quosvis alvi fluxus compescit. *Hoffmannus.*

Castaneæ,

Caſtaneæ, Cheſs-nuts. Pulvis vel decoctum membranæ interioris rubentis quæ corticem & fructum diſcernit, ſpecifice proſunt. *Raius. Alex. Benedictus.*

Chamæciſtus, Dwarf Sun-flower. Herba quocunq; modo uſurpata, nobile eſt Remedium *Joh. Bauhin.*

Conyza, Fleabane. Folia ſuper prunas injecta, ut fumus in Cathedrâ perforata recipiatur, ſpecificâ vi Diarrhœæ medetur. Vel ſi eadem Herba cum aceto trita, ſtomachi Regioni admoveatur eadem præſtat. *Riverius.*

Cydonium, A Quince. Cerâ vel Gummi Arabico repletum & clibano coctum exhibeatur. *Mayerne.*

Glandes, Acorns. In juſculo coquantur & exhibeatur Jus. *Foreſtus.*

Juniperus, Juniper. ℞ Granorum Juniperi m. j. Vini rub. ℔iſſ. coq. ad ℔i. Collaturam cap. mane & (ſi opus fuerit) ter repetatur. *Riverius.*

Meſpili, Medlars. ℞ Horum q. v. comedantur ſæpius & curabunt. *Foreſtus.*

Morus, The Mulberry-tree. Pulv. fructus immatur. in ſole ſiccat. valde proſunt. *Ætius.*

Perſicaria, Arſmart. *Sedum majus*, Houſleek. ℞ Succi horum ana ℥ iij. coq. ad tertiæ partis conſumpt. Detur mane, & certo curabit quemlibet Alvi fluxum quamvis inveteratum. *Riverius.*

Plantago, Plantain. Pulv. ſeminum ad ℥ i. in ovo ſorbili vel Vino Rubr. exhibitus nobile eſt Remedium & commendatum. *Foreſtus, Mayerne, Etmullerus.*

Plantaginis Folia in Juſculo capitis vervecini cocta, fœlici ſucceſſu uſurpavit *Poterius.*

Polygonum, Knot-graſs. ℞ Hujus q. v. Coq. in ſucco Pomorum Sylveſtr. in colatura madefiant panni lanei duplicati, qui calide ventriculo, umbilico, & dorſo applicandi ſunt. *Wittichius.*

Prunus Sylveſtris, A Sloe. ℞ Succi horum immaturor. q. v. evaporetur ad ſiccitat. & quo uſq; in pulv. flavum reducatur ſuccus. Tunc ℞ pulv. hujus ℥ ſſ. in aq. plantag. vel aliquo alio vehiculo idoneo. *Jo. Poſſius.*

Salix, Willow. ℞ Spong. hujus exſiccat. & pulv. ʒ ſſ. detur in vehiculo idoneo. *Etmullerus.*

Sophia Chyrurgorum, Flix-weed. ℞ Seminum Soph. Chyrurgorum pulv. ʒ i. detur in Vino Rubro vel alio vehiculo. *Ibidem.*

Vinca Pervinca, Periwinkle. Pulvis fol. cum momento Rhabarb. & conſ. Roſarum miſtus, multum valet. *Theodorus de Mayern.*

DIURETICA.

Abrotanum, Southernwood. Sem. pulv. & Vino ſumpta urinas cient. *Etmullerus.*

Agrifolium, Holly. Aq. ex ſummitatibus tenerrimis deſtillata, commendatur à *D. Needham.*

Aquilegia, Columbine. Pul. ſem. in Vino Rhenano aut Alb. exhibitum valet. *Raius.*

Bardana, Burdock. ℞ Pulv. ſem. ʒ i. Vini alb. ʒ 4. ℔ hauſtus. Expertus.

Cyanus major, The Great Blue-bottle. Decoct. vel infuſ. florum in Vino alb. maxime valent. ſi cap. æger hauſtum mane & quartâ pomeridianâ tepide *Etmullerus.*

Plantago, Plantain. Succus hujus per ſe vel ſucco limonum miſtus, inſigne eſt Diureticum. *D. Needham.*

DOLORES EXTERNI.

Abſynthium. Parietaria. ℞ Foliorum ana coq. in aq. f. q. ſ. ad molitiem, colentur & contundantur Herbæ pro catapl. & utatur colatur. pro fotu; poſt cujus uſum applic. catapl. calide: His ſimpl. medicamentis, curantur dolores externi, (ut Contuſion. &c.) uti etiam interni, abſani humore. *Etmullerus.*

DOLORES SPINÆ.

Abſynthium, Wormwood. *Parietaria*, Pellitory of the Wall. ℞ Herbarum prædictarum recentium ana, contund & coq. in oleo ad ſiccitat. coletur, & oleum habebis præſtantiſſimum. *Amatus Luſitanus.*

DO-

DOLORES INTERNI.
—POST PARTUM.

Calamentha, Calamint. Hujus decoctum intus ſumptum, dolores abiget, præſertim ſi à flatibus oriantur. *Etmullerus*

Chærefolium, Chervil. Hujus decoctum multum valet, præcipue ſi ex retentione ſang. Grumoſi cauſetur dolor. *Etmullerus.*

Chamæmelum, Chamemil. Decoctum fol. vel florum in Vino, ad dolores à frigore cauſatos, mirifice prodeſt. *Foreſtus & Roſencruzerus.*

Vel Decoctum fol vel florum Chamæmel comm. vel Roman. vel per ſe, vel cum Elix proprietat. gutt. aliquot, expertus commendat *Etmullerus.*

Hedera Terreſtris. Fol. contuſa, calefacta & ventri applicata dolores ſiſtunt. *Joannes Bauhinus.*

Nux moſchata, Nutmeg. ℞ Nucis majoris partem quadrantem, injiciatur ſuper prunas lentas, ut recipiatur fumus per infundibulum in vulvam & ſtatim ceſſabit dolor. *Etmullerus.*

Zedoaria, Zedoary. ℞ Zed. pulv. ℥ ſſ. detur in hauſtu Vini calidi. Vel,

℞ Panis butyro illiti q. ſ. qui pulv. Zedoariæ largius inſperſus, comedatur *Etmullerus.*

—SCORBUT. *vide* Scorb.

—VAGI.

Cæpe, Onions. ℞ Harum ad mollitiem coct. q. ſ. piſtentur & f. cataplaſm. ſuper lintea parti dolenti applicandum *Boyl.*

—UNIVERSALES.

Sambucus, Elder. ℞ Hujus cortic ſecundi deraſi m. j. coq. in ol. ℔ ſſ. & aq. f. ℥ 4 ad aq. conſumpt. Coletur & colaturæ adde Ceræ q. ſ. ut f. ungt. nobile. *Obſ. Riverio com.* Vel,

Abus, Elder. Si æger locatus ſit inter duos ſaccos largos hujus foliis impletos & ad tolerantiam calefactos, multum ſudabit, & ſi primâ vice, non ceſſant dolores,

bis

bis repetita curabitur à *Formio pro experto commendatum.*

DYSENTERIA.

A *Grifolium*, Holly. *Argentina*, Wild Tanſy. Hæc ut in Diarrhœa uſurpata, in hoc morbo etiam uſus ſunt eximii, ut teſtantur Authores ibi citati.

Biſtorta, Snake-weed. Rad. in Vino decoct. & exhibit. multum valet. *Raius.* Vel,

Pulverizat. & cum conſer. Roſarum miſt. eadem præſtat. *Ibidem.*

Burſa Paſtoris, Shepherds Purſe. Commendatur ab eodem Authore, nec non Schrodero & Dale in Pharmacolog.

Caſtanea, Cheſtnut. Hæc ut in Diarrhœa uſurpanda; quam vide.

Cydonium, Quince. ℞ Cydonium parum excavatum, impleatur cochinellâ pulv. deinde aſſetur & comedatur. *Mayern.*

Filipendula, Dropwort. ℞ Fol. vel Radic. pulver. ℥ ij. exhibeantur ex Vino vel ovo ſorbili prima vice. *Lud. Mercatus.*

Gnaphalium, Cudweed. In Vino decoctum, Remedium eſt efficax. *Diaſcorides, Raius.*

Hedera Terreſtris, Ground Ivy. ℞ Succi ℥ iij. vel iiij. cap. per ſe aut cum aliis appropiatis. *Hollerius.*

Juglans, The Wall-nut Tree. ℞ Hujus Iulos probe ſiccatos, & pulv. ℥ i. detur in aq plantag. vel alio vehiculo idoneo, quaſi arcanum ſpecificum commendatur ab *Etmullero*, quamvis *Hoffmannus* his vim emeticam attribuit & cautelam citat ex *Simone Pauli.*

Lamium Rubrum, Red Arch-Angel. Decoctum hujus valere creditur. *Raius.*

Lapathum Acutum, Sharp pointed Dock. ℞ ſem. ſiccat. & pulv. cochleare 1. detur in ovis ſorbilibus. *Ætius.* Vel ſemin. pulv. in eadem quantitate dentur in brodio calido. *Hoffmannus.*

Malva Arborea, Holly-hocks. ℞ Rad. q. ſ. fol. plantag. miſſ. coq. in aq. ſ. colat. tepidam bibat Æger duab. vicibus, Expertum, *Mil-*

Millefolium, Yarrow. *Plantago*, Plantain. ℞ Folana conciſa coq. in Vino Rubro, colaturam bibat Ægrotus. Expert.

Muſcus Clavatus, Club-moſs. Ut in Calculo hic etiam magni eſt uſus. *Chr. Keilingius Sen.*

Naſturtium, Creſſes. Semina quocunq; modo uſurpata maxime proſunt. *Arnold Weikardus.*

Pimpinella, Burnett. Dyſentericus quidam ſolo uſu hujus decocti cum aq. & butyro confecti, perfecte curatus eſt intra triduum ſumebat; autem ſcutellam mane & ſero. *Riverii obſervat.*

Pimpinella etiam valde laudatur à *Moriſono.*

Plantago, Plantain. Succus hujus ad ℥ iij. vel 4. aſſumptus curat. *Horſtius.* Vel,

Folia in Juſculo capitis vervecini coct. & Brodium ſumptum, magni eſt uſus. *Poterius.*

Pomum, An Apple. Ut in Diarrhœa præp. cum cera, &c. huic etiam prodeſt. *Etmullerus.*

Quercus, Oak. Fol. in aceto cocta, & facculis ij. incluſa, calide abdomini & podici applicentur. *Rulandus.* Vel,

℞ Pulv. Gland. cum cupulis ℥ i. detur in vehiculo proprio. *Sennertus.*

Sambucus, Elder. Pulvis vel (ut dici ſolet) Tragæa Granorum Actes, celebre eſt Remedium & à quam plurimis magnis encomiis laudatur. Modus conficiendi hic eſt: ℞ Succ. Bacc. matur. q. v. Farinæ ſecalin. q. ſ. ut f. paſta, & inde panes exigui, quos coq. in clibano ad duritiem panis Biſcocti. Hos pulverizat. iterum cum ſucco recenti impaſta & coque, idq; tertio repete, tandem f. pulv. cujus ſing. unciis adde Nuc. Moſ. ℥ i dof. ad ℥ i. in ovo tremulo, vel pane toſto, & Vino intincto inſpergatur. *Pharmacop Bateana.*

Sophia Chyrurgorum. Planta quocunq modo uſurpata, expertum eſt Remedium. *Etmullerus.* Vel,

℞ Sem. pulv. ℈ ij. vel ℥ i. detur in vehiculo idoneo. *Boyl.*

Suber, Cork. Decoctum laudatur à *Riverio.*

Tilia,

Tilia, The Lime-tree. Baccæ ſiccat. & pulv. in omnibus alvi profluviis laudantur. *Raius.*

Tormentilla, Tormentil, or Septfoil. Rad. Hujus in decocto, vel aliquo modo uſurpat. nobile eſt Remedium. *Hoffman. Raius. Etmullerus.*

Vinca Pervinca, Perwinkle. Decoctum hujus laudata & tuta eſt Medicina. *Raius. Hoffmann.*

Uvæ, Grapes. ℞ Succi uvarum immatur. (vulgo agreſtium) cohl. decem. depuretur lenta ebullitione, & liquoris clari ſumatur ʒ. pars pro vice. Expertum à *Claud. Deodato.*

DYSURIA.

Althæa, Marſhmallows. ℞ Rad. ſiccat. & pulv. ℥ij. ſacchar. alb. ℥i. m. capiat in vehiculo idoneo, bis térve in die. *Etmullerus.*

Hedera Terreſtris, Ground Ivy. ℞ Succi recenter expreſſi ʒ ſſ detur in vehiculo idoneo. *Boyl.*

Malva, Mallows. ℞ Decocti (vel aq. deſtillat.) ʒ 4 Syrupi violarum ʒ iſſ. m. propinetur. Præſens & præſtantiſſimum eſt Remedium. *Grulingius & Hulſe.* Vel,

℞ Fol. malv. M jſſ. aq. f. ℔ 5. mellis opt. ℔ ſſ. coq. continuo deſpumand. ad 3 in colat. diſſolv. Butyri recent. ʒ ij. cap. hauſtulum ter in die. *Joann. Fontan. & Jo. Bapt. Theodoſ.*

Malva. ℞ Florum malvæ partem primam, ſacchari p. 3. m. f. conſerva ſ. a. de quo cap. Æger ſæpius in die. *Amatus Luſitanus.* Vel,

℞ f. malv. q. v. contund & exprimatur ſuccus, ex hujus & ſacchari ana ℔i. albumine ovi clarificat. f. ſyrupus, ut ſupra ſumend. *Horſtius.*

Decoctum etiam & conſerv. multum laudantur, ab *Hoechſtetero.*

Rapa, Turnep. Horum decoctum ſpecificum eſſe affirmat. *Gabelchoverus.*

Rubus vulgaris, Blackberries. Succus in Syrupi forma exhibitus, maximæ eſt efficaciæ. *Needham.*

Salix,

Salix, Willow. ℞ Cinerum ſeu carbonum hujus pulv. à ℈ſſ. ad ℥ſſ. facilius, ſecurius, & efficacius non datur medicamen. *Jungken.*

Tilia, Lime-tree. Hujus Carbones eaſdem præbent vires. *Ibidem.*

E.

ECHYMOSIS *ſive* SUGILLATIO.

Bardana, Burdock. Pulpa vel raſura Rad. recent. ſuper linteum extenſa, calide parti applicentur. *Royl.*

Polygonatum, Solomon's Seal. Radix recens per ſe contuſa & admota, valet. Vel, coq. Rad. ad teneritudinem, fiatq; ex Arte cataplaſm. calid. parti applicand. Vel, ℞ Pulv. Rad. ſiccati, maceretur in Vino, ad pultis conſiſtentiam & applicetur. Sequens inſigne eſt.

℞ Rad. polygonat. p. ij. ſymphiti p. i. coq. & contund. & per ſetaceum trajiciantur, deinde cum decoct. prædict. in pultis formam coquantur. *Sennertus, Etmullerus.*

EMPYEMA.

Braſſica Capitata Rubra. Red Cabbage. ℞ Decoct. hujus, ſacchari tantillo temperat. q. v. cap. Æger hauſtum calide horis medicinalib. egregium eſt ad promovendum materiæ purulentæ per urinas effluxum. *Etmullerus.*

Hedera Terreſtris, Ground Ivy. Hujus decoctum (vel Syrupus ex ſucco paratus) vel quocumq; modo uſurpetur Herba, nobiliſſimum præbet Remedium. *Ibidem.*

EPILEPSIA.

Abrotanum, Southernwood. Aq. odorifer. è planta deſtillata, & ſæpe exhibita curat. *Stockerus.*

Artemiſia, Mugwort. Die Sancti Joh. Baptiſt. ſub radice hujus Herbæ, effodiatur carbo; & quantum cuſpis cultelli capere poteſt hujus carbonis exhibeatur epileptico, & ſanabitur. Si collo appendatur eadem præſtat. *Etmullerus.*

Corylus,

Ephialtes s. Incubus 64.

Corylus, Hazle. Præmisso vomitorio, ℞ Visci coryl. in. ℈i. ad ʒss. vel ʒi. in pulvere. Vel,

℞ Julorum (*Catkins*) Coryli, pulv. eandem quantitatem, & curabitur. Post curationem vero purgetur Æger pro duabus, vel tribus vicibus, cathartico appropriato. *Ibidem.*

Galega, Goats-rue. Succus ad ʒss. epotus Epilepticis (præsertim Pueris) admodum conducit. *Baptista Sardus. Bayrus.*

Herba Paris, One Berry, or True Lovers. ℞ Pulv. Baccarum Num. quinq; ad 9. vel à ℈ss ad ʒss. exhibeatur in aq. Tiliæ. Vel ejus defectu, in aliquo alio vehiculo idoneo. *Etmullerus*, *Blochwizius*, *Hoffman.*

Hyoscyamus, Henbane Remedium Nobilissim. fit ex hujus seminibus ultrà 4. dies usurpatis. Incipiendo à gr. vi. vel vilj. & Gradatim ascendendo ad ʒi vel gr. XXiiij. ex cochl. i. succi sempervivi, recenter express. *Prax. Mayern.*

Vide infra de *Ruta.*

Juniperus, Juniper. In perâ gerat Æger Bacc. Juniperi & comedat. man. jejunus.

Ex usu Baccarum sequent. modo præp. celeberrimus Mayern. deploratos curavit, irritis omnibus aliis Remediis, viz. ℞ Baccarum Junip. recent. ℔i. irrorentur successive Vino de Malaga, Generosissimo veteri, & post exemptum è furno panem, sine ustione siccentur ultima vice, baccis utcunq; adhuc madentibus, inspergatur ʒi. sacch. Chrystallini pulv. & ambergrisæ ʒss. omniaque versentur diu, ut pulvis per omnia diffundatur, & serventur in vase vitreo ad usum singulis Auroris sumantur hæ Baccæ à X vel Xij ad XX. vel LX. per totum mensem superhauriendo alam maciatam & superambuland. *Mayern.*

Lilium Convallium, Lilies of the Valley. Hujus floribus impleatur cucurbita vitrea, & sepeliatur in cella, ut orificium bene occlusum saltem emineat. Stet per aliquot menses, & in succum resolventur flores per B. V. Destilletur hic succus, & Spiritum habebis admirandæ Virtutis. Dos. cochl. i. vel ij. in haustu Vini generos. *Hoffmannus.*

Muscus,

Muſcus Clavatus, Club-moſs. Hujus pulv. ad ℥ ſſ. exhibit. multum valet. *Etmullerus.*

Vide plura in (Calculo) ubi pulv. invenies maxime laudatum ab *Hoffmanno & Keslingio.*

Pæonia mas, Male Peony. ℞ Radic. intra 12. & 22. diem Julii & intra 11 & 12. horam effoſſ. q ſ. Appendatur collo Amuleti formâ, Epilepſiam non modo præcavet ſed curat. *Foreſtus, River. Bartholin. Etmullerus.*

Non dubito quin Radix aliquo alio tempore effoſſa (ſi ſucco ſit turgida) eaſdem præbebit virtutes.

Tinctura ex floribus paretur cum ſp.v. ad hunc morbum laudata & experta.

Ruta, Rue. Sambucus. Vide ſupra de Hyoſcyamo. Expletis (ut ſupra) 40 dieb. deveniat ad uſum ſequent. medicinæ, viz. ℞ Succi fol. Rutæ & ſucci cortic. interioris ſambuci ana ℏ ſſ. Vini albi ℏ iij. coq. in vaſe bene cluſ. ad medias; cap. cochl. ij vel iij. quotidie mane Jejuno ventriculo, donec totum ſumatur. *Mayern.* Vel,

Succus Rutæ magni eſt uſus, in quibuſdam alvum ſubducit, in aliis vomitum, ut plurimum vero inſenſibiliter agit. *Ibidem.* Vel,

℞ Pulv. Rutæ ad ℥ ij. cap. in Cereviſia veteri per longum tempus; mira præſtat. *Ibidem.*

℈ ij. Succi Rutæ & parum Auri infantibus meis exhibui, & Deo benedicente, à paroxyſmis tutæ ſunt. *Julius Cæſar Baricellus.*

Saponaria, Soapwort. Exhibeatur pulv. ſeminum in vehiculo idoneo. *P. Borellus.*

Triticum, Wheat. Comburantur ſpicæ fere maturæ; & ℞ Cinerum pulver. ℥ ſſ. vel ℈ ij. in aq. Pœoniæ, & ſtatim curabitur Æger. *Fran. Hildeſheim.*

Valeriana Sylveſtris, Wild Valerian. Rad. pulv. ad cochl. ſemiſſ in Vino aut quovis liquore exhibita, certum eſt Remedium Pueris tamen minor. doſi exhibitur in lacte. *Fab. Columna.*

ERRHINA.

C*Alendula*, Marigold. Folium hujus digitis contritum,& naribus inditum humores copiose educet. Et,
Caules, Colwoits. Succus Caulium tepide attractus, eadem præstat. Experta.

EXCORIATIONES, *vide* INTERTRIGINES.

V.58.61.3.4

F.

FACIEI HERPES.

E*Rica*, Heath. Oleo ex floribus facto, magno cum successu utebatur *Rondeletius teste Clusio.*

——LENTIGINES.

Argentina, Silverweed. Aq. è planta destillata, ad lentigines, panos,maculas, fuscumq; colorem à sole contractum multum laudat *Lobelius.*

——RUBEDO.

Erica, Heath, Lavetur pars affecta decocto summitatum in aq f. facto.

Lilium Album, White Lily. Decoctum ex Rad. contus. in aq. fontan. mira præstat: vel decoctum Rad. cum aceto factum, nobile est Remedium, præsertim in faciei pustulis.

FEBRES ARDENTES.

A*Cetosa*, Sorrel. ℞ Foliorum m. iiij. vel Rad. contus. ℥ 4. vel semin. contus. ℥ ij. coq. in aq. f. q. s. ad ℔ ij. colat. edulcoretur & addatur (si placet) succi ub. idæi & ribium ana q. s. ad Gratiam, bibat ad libitum. *Etmullerus.*

Acetosella, Wood-sorrel. Ex hujus fol. & radicib. eodem modo præparatis fiat decoctum præstantissimum. *Ibidem.*

Berberis, The Berberry-tree. Syrupus ex succo, vel conserv. fruct. usus est eximii. *Ibid.*

Juglans, The Wall nut-tree. ℞ Cortic interior. ar-

bor.

bor. q. ſ. dividatur in 4. partes æqual. quæ aceto per horam infuſæ, pulſibus utriuſq. carpi, & plantis pedum applicentur, mirifice proderint. *Etmullerus.*

Rubus Idæus, Raſberry. Horum conſerv. gelatina, vel ſyrupus efficaciter uſurpantur. *Raius.*

——CONTINUÆ.

Pimpinella, Burnet. In aq. ſ. calidâ macerata, & colatura per debitum tempus exhibita, febres continuas fugat. *Heurnius.*

——INTERMITTENTES.

Chamæmelum, Chamemil. Flores ſubtiliſſimè pulv. & vehiculo idoneo exhibit. & poſt debita intervall. repetit. experte curant. *Morton ex communicatione D. D. Coyſh.* Vel,

℞ Aq. Chamæm. ex ſucco vel totâ plant. deſtillat. q. v. cap. Æger ℥vi. quolibet mane. *Fonſeca & Zacutus Luſit.*

Dens Leonis, Dandelion. Infuſio, vel decoctum ex fol. & radicib. in aq. ſ. paratum, & ante paroxyſmum exhibitum, febres quaſcunq; intermittentes certo pellet. Imo decoctum ad libitum propinatum æſtum febrilem compeſcit, & ventriculum debilitatum roborat. *Etmullerus. Hoffmannus.*

——QUARTANÆ.

Betonica, Betony. ℞ pulv. fol. ℥ij. exhibeatur ex ovo ſorbili, quatuor hor. ante paroxyſmum, ter quaterq; repetatur in quartanis inveteratis: nobile eſt Remedium. *Rod. à Fonſeca.* Vel,

Hypericum, St. John's-wort. ℞ Pulv. ſeminum à ℈ij ad ℥i. detur in Vino ante paroxyſmum. *Varignana.*

Imperatoria, Maſterwort. ℞ Rad. pulv. ℥ſſ. detur ex Vino hor. 1. ante paroxyſmum. *Hoffman.*

Matricaria, Feverfew. ℞ Succi matricariæ ℥ſſ. detur in vino vel cereviſ. abſynthiat. paul. ante paroxyſ. *Deckerus.*

Oxyacanthus, Hawthorn. Pulv. viſci hujus, in Vino alb. vel Hiſpanic. infuſus & duabus ante paroxyſmum horis exhibitus, doſi ſubinde repetitâ (ſi

opus fuerit) Febrem quartan. fugat, & sanat. *D. Hulse.*

——QUOTIDIANÆ.

Lupuli, Hops. ℞ Horum recentium salis nigri, ana m.ij. uvarum corinth. cærulearum ℥ 4. Contundantur probe, & carpis applicentur, quotidianam fugant. *Boyl.*

——TERTIANÆ.

Allium, Garlick. ℞ Allii caput 1. largum, coq. (denudatis pelliculis) in vin Hispan. ℥ 4. contunde & cum ferment. acrioris q. s. f. cataplas. extendatur crasse super chart. Emporeticam & plantis pedum applicetur ante, & ad paroxysmi finem continuetur & ter repetendo curat. Sæpe probatum. Vel,

℞ allii contus. ℥ i. fuliginis splendent. ℥ i. piperis longi vel nigri ℈ i. croci, camph. a ℈ ss. m. f. epicarpia ante paroxysmum applicand. *Jungken.*

Angelica. ℞ Rad. pulv. à ℥ ss. ad ℥ i. detur in vehicul. idoneo duob. hor. ante paroxysmum. *Boyl.*

Bursa Pastoris, Shepherds-purse. Herba cum sale, & aceto contusa, & ante paroxysmum carpis admota tertianam fugat. *Riverius.*

Centaurium, Centory. Pulv. summitat. & florum à ℈ i. ad ℥ i. in vehiculo proprio ante paroxysmum exhibitus curat. *Lindanus.*

Corylus, Hair-tree. Cortice interior. ramorum in aceto macerato & carpis applicat. fœliciter utebatur *Platerus.*

Chamæmelum, Chamomil. ℞ Decoct. Chamæmel. q. s. cap. ℥ 4. hor. 1. ante paroxysmum: repetatur si opus fuerit. *Menardus.*

Erigerum, Groundsel. ℞ Fol. minutim incis. m. i. includatur saccul. papyraceo prius, & perforetur altrinsecus, foraminibus moderate largis, deinde sacculo alio serico vel linteo raro includatur, & pars perforat. ventriculo appendatur horis 2. ante paroxys. renovando si placet. *Boyl.*

Fraxinus, The Ash-tree. ℞ Cort. interioris subtilissim. pulv. à ℥ ss. ad ℥ i. salis absynth. ℥ ss. aq Cardui, ℥ iij. Sp. Sulpturis ℈ ss. m. f. haust. hora 1. vel alterâ ante paroxysmum sumend. Vel, ℞ Aq.

℞ Aq. portulacæ, cichorei ana ℥ ij. pulv. corticis fraxini ℈ ij. ſalis abſynth. ℥ ſſ. ſp. Sulphur. gt. 12. m. f. hauſtus eodem modo uſurpandus.

Hoc ultimum antipyreticum fœlici cum ſucceſſu ſæpe exhibuit doctiſſ. & inſignis medicus, D. Henricus Vaughan. & ſemel ornatiſſimo viro, Edvardo Jones de Buckland Armigero, quem tertianâ contumaci laborantem (irritis omnibus aliis medicinis, imo cortice Peruviano) reſtituit. Jam vero ambo ſunt defuncti, ab omnibus, præſertim à me multum deplorati, cui clementiſſ. fuerunt patroni, & idcirco grate ſemperq. memorandi.

Millefolium, Milfoil. ℞ Hujus m. i. vel alterum, coq. in lacte ad mollitiem, f. cataplaſm. carpis imminente paroxyſmo applicand. & renovandum ſi opus fuerit. *Boyl.*

Naſturtium Aquaticum, Water-creſſes. ℞ Succi hujus aceti opt. ana q. v. ſalis commun. parum m. & bibat Æger cochl. 2. vel 3. hor. 1. ante paroxyſmum. *Kornchaverus.*

Pentaphyllum, Cinquefoil. ℞ Rad. pulver. ℥ i. exhib. paulo ante paroxyſmum: inſigne eſt febrifugium. *D Needham & D. Ballard.* Vel,

℞ Plantæ totius m. ij. ſalis com. ℥ vi. contund. & f. cataplaſ. in duas partes æquales dividendum & horâ unâ ante paroxyſmum carpis applicandum. *P. Borellus.*

Piloſella, Mouſe-ear. Cum ſale & aceto contuſa & carpis admota ante acceſſionem efficax eſt. *Riverius.*

Plantago tenuifolia, Ribwort. Rad. mundat. & ſaculo incluſæ nuchæ appendantur, & 2°. vel 3°. quoq; die renoventur. Vel,

℞ Fol. prope rad collect. & bene ſiccat. & pulv. ℥ i. detur in conſ roſ rub. vel potius in ovis ſorbil. horâ unâ vel alterâ ante paroxyſ. *Boyl.*

Polygonum, Knotgraſs. Herba contuſa & ut ſupra carpis applicata tertianas curat. *Hoffman. Schroderus.*

Sempervivum minimum, Stone-crop. Herba (ut Piloſella) præparata & admota, multum valet. *Riverius.*

FISTULÆ.

Agrimonia, Agrimony. In fiſtulis quibuſcunq; aliquo modo uſurpata, expertum eſt remedium. Vel,

Filipendula. Dropwort. Rad. in Vino cocta, & adhibita multum valet. *Fallopius.*

Geranium, Columbinum, Doves-foot, Cranes-bill. Fiſtulis externis applicetur ſuccus & herba contuſa, interne propinetur herbæ decoctum in Vino vel aq. f. fact. Expertum Remedium.

FLATUS HYPOCHOND. *Vide* Hypochond. Affect.

FLUOR ALBUS.

Alchimilla, Ladies Mantle. F. Decoctum in aq. f. cujus cap. Ægra ℥ vi. quolibet mane jejuna, & ſi cauſa fuerit, f. ex eodem tepefacto injectio uterina. *Boyl.*

Carduus Mariæ, Ladies Thiſtle. Emulſio ex ſeminibus præparat. vel in pulv. formâ uſurpat. ſpecifice curant. *Etmullerus.*

Ebulus, Dwarf-Elder. Ex hujus decocto f. inſeſſus: laudatur à *Stockero.*

Filipendula, Dropwort. Pulv. rad à ℥ i. in Vino auſtero exhibitus, vel in decocto dauci ſylveſtris, per aliquot dies morbum curat. *Hartman. Corbejus. Hoffman.*

Horminum, Clary. Hujus flores, vel folia quocunq; modo uſurpata, valde proſunt. *Etmullerus.* Vel,

Aq. ex foliis cum Vino diſtillata magnæ efficaciæ commendatur ab *Hoffmano.* Vel,

℞ Herbæ recentis q. v. contunde eaq. inforciatur butyri inſulſi q. f. macerentur ad putrefactionem, deinde coquantur ad fol. ſiccitatem & ſervetur colatura pro uſu. Unguento hoc tepefacto inungatur patiens ab umbilico ad pubes, & imponatur quicquid de eodem in vulvam, & comedat quandoq; de foliis viridibus, vitellis ovorum agitatis, intinctis, & ſartagine cum butyro frixis. *Corbejus de Morb M.*

Lamium flore Albo, White Arch-angel. Hujus flores

in

in infuſionib. quaſi thea ſpecifice curant & multum celebrantur à *Rajo*, *Hoffmanno*, *Etmullero*.

Millefolium, Milfoil. Hoc ſequens medicamentum ſæpe expertum à chyrurgo, & mihi communicatum, inſerere placet, cujus efficacia experientia confirmatur, viz.

℞ Succi millefol. ℔i. ſacch. opt. ℔iſſ. clarific. ovi albumine & levi ebullitione, f. ſyrupus, cujus cap. Ægra ab ℥i. ad ij. mane jejuna per aliquot dies, & ℥i. ad lecti ingreſſum longe à Cibo.

Quercus, Oak. ℞ Decocti fol. q. ſ. bibat ægra ℥4. vel ſex quolibet mane jejuna, per dies 8. vel 10. addendo cuilibet hauſtui (ſi placet) coaguli leporis ℥i. *Mercurial.*

Roſmarinus, Roſemary. Pſeudo-thea ex foliis præp. & calide ſæpius in die uſurpata, laudatur à *Lindano*.

Salvia, Sage. Suffitus ex foliis ſalviæ ſiccatis in matricem exceptus laudatum eſt Remedium. *Ibidem*.

FOETUS MORTUUS.

Nagallis Aquatica, Water-creſſes. Infuſio ſeu decoctum commendatur à *Schrodero*.

Calendula, Marygold. Decoctum, ſuccus, ſyrupus, ſive conſerv. florum hujus ſpecifice curant.

FRACTURÆ.

Conſolida, Comfrey. Radix contuſa & tepide fracturæ applicata nobile eſt remedium, præſertim ſi pulvis oſteocollæ addatur. *Raius. Etmullerus.*

Sophia Chirurgorum, Fox-weed. ℞ Fol. hujus & rad. conſolidæ ana q. v. coq. & contundantur & f. ex arte cataplaſma parti applicandum tepide, quaſcunq; fracturas agglutinat. *Paracelſus*.

G.

GANGLIA.

Cicuta, Hemlock. Herba cataplasmatis forma usurpata multum valet, nec non emplast. ex cicutâ cum ammoniaco. *Raius.*

GANGRÆNÆ.

Consolida major, Comfrey. Rad. ad cataplasmatis formam tusa, & parti dolenti tepide admota gangrænas compescit. *Raius ex Parkinsono.*

Hipposelinum, Alexanders. Succus in unguenti formam redactus, mirum in modum sistit gangrænas. *Turnheuserus.*

Poma, Apples. Poma putrida per se in cataplasmat. formam contusa,& tepide applicata curant. *Simon Pauli.*

Scordium, Water-Germander. Succus vel herba contusa & tepide applicata miræ sunt efficaciæ. *Hieron. Fab. Hildan.*

GINGIVARUM EROSIO.

Berberis, The Barberry-tree. F. decoctum ex corticib. eoq; sæpe laventur Gingivæ. *Stockerus.*

Cochlearia, Scurvy-grass. ℞ Succi cochleariæ depurat. q. v. eoq; bene fricentur Gingivæ adde si placet alum. ust. parum. *Etmullerus.*

Horminum, Clary. ℞ Fol. m.ij. incidantur & infundantur in Vin. albi vel rhenan. vel rub. ℔ij. f. lotio. *Hoffmannus.*

Nasturtium Aquaticum, water-cresses. ℞ Hujus q v. contus. affunde Vini generos. vel pomacei q. s. f. colatura quâ diligenter eluatur os. *Jungken.*

Prunellus, The Sloe-tree. Hujus cortex ut Berberum cortex usurpat. mira præstat. & rad. Berberum eodem modo exhibit. multum valent. *Stockerus.*

Sedum minimum acre, Wall-pepper, or Small Biting-ſtone-crop. Interne in decoct & externe etiam in lotionis forma applicatum, remedium expertum eſt à *D. Below. Raius.*

Sedum minus, ſeu Vermiculoſus, Stone-crop. F. ex hoc decoctum & cum alum. & mellis parum, dentilavium nulli ſecundum, nobile enim eſt experimentum. *Etmuller.*

GONORRHÆA.

Ruſcus, Knee-holly, or Butchers-broom. Conſerva fructus bruſci à ℥ ij. ad ℥ ſſ. per aliquot dies exhibita multas Gonorrhæas curavit. *Formius ex River. Com.*

Limonia, Limons. ℞ Aq. roſ. ℥ iij. ſucci Limon. ℥ i. album ovi unius, m. f. hauſtus quarta qualibet die mane repetendus Gonorrhæas compeſcit. *Sylvaticus.*

GLOBULORUM è CORPORE EXTRACTIO.

Pimpinella, Burnett. Radix in butyro inſulſo frixa & vulneri applicat. globulos extrahet. *Staricius. Etmullerus.*

GUSTUS DEPRAVATUS.

Acetoſa, Sorrel. Succus hujus per ſe, vel cum ſacch. in ſyrupum confectus mire prodeſt. *Zacutus Luſitanus.*

Cichoreum, Succory. Radix condita & comeſta, plurimum laudatur ab *Etmullero.*

Raphanus, Radiſh. Hujus radix ante paſtum maſticatus, guſtum acuit. *Hæferus in Hereule.*

GUTTURIS INFLAMMATIO.

Malva, Mallows. ℞ Fol. malv. inciſ. mſſ. coq, in lact. recent. ℔ j. ad ℔ ſſ. colaturâ utatur ter quaterve in die patiens ſenſim deglutiendo. *Boyl.*

Pentaphyllum, Cinquefoil. Hujus decocto ſæpe gargarizetur os & guttur.

Prunella, Self-heal. Hujus decoctum cum ſale Prunellæ

nellæ acuatum, ſpecifice commendatur, gargariſmi forma uſurpatum. *Etmullerus.*

H.

HÆMOPTYSIS, *ſeu* SANGUINIS SPUTUM.

Argentina, Silver-weed. In ſanguinis expuitione commendatur à *Raio.*

Bellis minor, Daiſies. Succus Herbæ totius ad ℥ i. vel ij. exhibitus immediate poſt paroxyſmum multos curavit. Vel,

℞ Bellidis minoris, urticæ urentis, plantag ana m. iij contuſis affunde aq. portulacæ ℥ vi. Colatura expreſſa exhibeatur ter in die ut ſupra. *Williſius.*

Biſtorta, Snakeweed. Pulvis radicum cum conſervâ roſarum miſtus, egregie confert. *Raius.*

Chamæciſtus, Dwarf-ciſtus, or Little Sun-flower. Herba quocunq; modo uſurpata, in omnibus ſanguinis hæmorrhagiis (præſertim in ſputo) magnopere valet. *Raius ex Jo. Bauhino.*

Chamædrys, Germander. ℞ Hujus q. ſ. contunde & infund. in æq. part. aq. ſcabioſ. & vini rub. exhibeatur colatura tepide. *Goclenius ex Hectore de Manfredis.*

Cydoniæ, Quinces. ℞ Mala cruda, matura ſive immatura (quocunq; modo haberi queant) ſcinde in tenues lamellas, coq. diu in aq. f. in vaſe optime clauſo, ad mollitiem: ſeparetur decoctum ſeorſim, & exprimatur ſuccus ex lamellis forti expreſſion. qui reſervetur uſui.

℞ Succi hujus q. v. & cap. Æger à cochl. i. ad iij. ter quaterve in die. Medicina hæc (præmiſſa venæſectione) omnem pulmonum Hæmorrhagiam ſiſtit, etiamſi à corroſione fuerint. *Etmullerus.*

Cynoſbatus, Dog-roſe, or Brier. Piloſæ hujus excreſcentiæ egregiæ ſunt ſpecificæ, ſi pulv. ad ℥ ſſ. exhibeatur, bis in die. *Williſius. Etmullerus.*

Equiſetum, Horſe-tail. Hujus decoctum in Hæmoptiſ

tiſi ex apertione, vel inciſione rãmuli in pulmonibus, nobile eſt Remed. *Etmullerus.*

Hedera Terreſtris, Ground Ivy. In hoc morbo plane mirabilis eſt, idq; imprimis poſt paroxyſmum, partim, ſi qui adſunt Grumi reſolvendo, partim læſionem inductam conſolidando, partim alterationem contentorum recidivam præcavendo. Hinc ejus ſyrupus, decoctum ac conſerva ſunt polychreſta. *Etmullerus.* Vel,

℞ Succorum heder. terr. plantag. agrimon. ſedi major. portulacæ, ana depuratorum ℔ ſſ. ſacchari roſat. duplum, f. ſyr. Ubi ſacchar. roſ. in promptu non ſit ſacchari albiſſimi pulv. & pulv. roſ. rub. exungulat. inſtitui poſſunt, viz. ℔i. ſacchar. & ℥ i. roſ. ſed pro hoc præſcripto ℔v. parari debent. Doſ. ℥ ij. cum aq. lactis ℥ vi. ſingul. auroris & eadem quantitas horâ ſomni cum aq. Rhæad. ℥ 4. *Pharmacop. Bateana.*

Hyoſcyamus, Henbane. ℞ Pulver. ſeminum ℥ ſſ. conſ. violarum q. ſ. m. f. elect. cujus cap. patiens quantitatem nucis caſtaneæ, aliud etiam electuarium in Williſio & Etmullero deſcriptum videatur, cujus Author *Helidæus Pad.*

Millefolium, Yarrow. Herba æſtivo tempore contuſ. & ſiccat. redigatur in pulv. cujus cap. ℥ ſſ. ad ℥ i. bis in die *Willis.*

Papaver Albus, White Poppy. ℞ Sem. papav. alb. pulv. ℥ i. ſacchari roſ. ℥ ſſ. m. cap. quolibet mane in vehiculo idoneo. *Mercurialis.*

Plantago, Plantain. ℞ Succi hujus ℥ xij. ſacch. ℥ viij. coq. in ſyrupum quo utatur frequenter. *Riverius.* Vel,

℞ Succi plantag. q. ſ. detur per ſe aut in vehiculo idoneo ab ℥ ſſ. ad ℥ i. *Etmullerus.*

Plantago Tenuifolia, Ribwort. ℞ Plantag. hujus m. 12. exprimatur ſuccus; tum ℞ Rad. conſolid. recent. & mundat. ℥ vi. quæ contundantur in mortar. lapideo, & cum ſucco prædict. & ſacch. q. ſ. elect. quo nullum certius & præſentius extat remedium. *Boyl.*

Por-

Portulaca, Purſlain. Decoctum Herbæ contuſ. in Vino, multum valet. *Etmullerus.* Vel,

Syrupus ex ſucco portulacæ (ut plantaginis) præparatus mire confert. *Riverius.* Vel,

Decoctum ſupra ſcriptum cum ſyrup. ejuſdem dulcoratum inſigne eſt remedium. *Etmullerus.*

Symphytum, Comfrey. ℞ Pulp. Radicum ſacchari albiſſimi ana ℔i. coq. leni igne ad mivæ conſiſtentiam addend. (ſi in promptu ſit) ſingulis libris nucis moſchat. ℥vi. In hoc morbo mire confert. *Pharmac. Batean.*

Tormentilla, Tormentil. ℞ Rad. Tormentil. Millefol. totius ana ℥iij. pimpinell. ſanguiſ. mij aut iij coq. in aq. f. ad medias. Colatur. adde conſ. roſ. rub. antiq. ℥i. pro qualibet libr. Doſis ℥vi. vel viij. bis in die. Pro Arcano quondam habebatur hoc decoctum, teſte *Mayern.*

Vinca Pervinca, Periwinkle. ℞ Hujus q. v. contund. & exprimatur ſuccus, cujus capiat Æger ℥ij. in Vino rubro. *Prax. Mayernian.*

Virga Paſtoris, Teazell. Pulv. hujus ad ℥i. in decoct. ejuſdem, vel brodio ſumptus commendatur. *Prax. Mayern.*

Urtica Urens, Stinging Nettles. Conſerva ex racemulis ſeminiferis fact. præſtantiſſimum eſt remedium à Domino Raio ex communicatione D. Bowles commendatum, & quod ipſe teſtari poſſum, hanc enim medicinam pro celeberrimo illo Viro ſæpe confeci & patientibus Hæmoptoicis miro cum ſucceſſu exhibui. Vel,

Succus Herbæ crudus vel ſyrupus valde ſunt efficaces. *Raius excommunicat. D. White & D. Needham.* Vel,

℞ Succi fol. tenerrim. urticæ q. ſ. depuretur & cap. æger ℥v. bis in die. *Mayern. in conſ. de phthiſi in tract. de Arthritid. uti etiam in prax. Mayern. ubi magnopere laudatur. Et ab Etmullero.* Vel,

Decoctum Herbæ totius mire confert. *Jungken.*

HÆMORRHAGIA.

Alchimilla, Ladies Mantle. Herba quocunq; modo uſurpata ſanguinem ſiſtit. *Etmullerus.*

Ana-

Anagallis mas flore Phœniceo, Male Pimpernel. ℞ Anagall. m j. appendatur ſcrobiculo cordis, vel in manu tam diu teneatur, donec incaleſcat; ſic enim ſanguinis fluxum ex venâ ſectâ compeſcere perhibetur. *Schmuckius in Curation. magic. magnetic.*

Androſæmum, Tutſan, or Park-leaves. Folia tam intus quam extus exhibita valde ſunt proficua. *Raius.*

Biſtorta, Lambs-tongue, or Snake-weed. Pulv. radicum vulneribus aſperſus ſanguinem manantem cohibet. *Raius in Catal.*

Burſa Paſtoris, Shepherds Purſe. Errhinum ex panno lineo factum, hujuſq. ſucco intinctum, & naribus inditum ſanguinem ſiſtit. *Raius, Morriſonus.* Vel,

℞ Burſæ paſtor. q. ſ. contunde cum pauxillo aceti ſive ſucco pomorum aggreſtium, & ovi albumine, & fronti applicetur & temporibus. *Baricellus. Riverius.*

Conſolida major, Comfry. ℞ Radic. ſiccat. & pulv. q. v. m. tum aq. f. q. ſ. donec continuâ agitatione aquæ viſciditatem acquiſiverit, hæc medicina ad Hæmorrh. quaſi ſecretum à Chirurgis habetur. *Simon. Pauli.*

Crepitus Lupi, Puff-Balls. Ex his fractis colligatur pulvis, (quod caute tamen agendum ne offendantur oculi quibus valde inimica ſunt) quo inſpergatur bene pars affecta & faſciâ alligetur, & ſi opus fuerit renovetur. *Boyl. Vulnerum.*

Cydonia, Quinces. Horum lanugo externe applicat. omni ſanguinis profluvio medetur. *Hoffmannus.*

Equiſetum, Horſe-tail. Si in decocto, vel ut burſa paſtoris uſurpetur, multum laudatur à *Riverio.*

Fragraria, Strawberry-Plant. Hujus radix teneatur in ore, & omnem ex naribus fluxum ſiſtet. *Stockerus.*

Geranium Sanguineum, Bloody Cranes-bill. Herba quocunq; modo fere exhibita, ſanguinem undecunq; manantem mirum in modum compeſcit *Trajus.*

Geranium Batrachoides, Crow-foot, Cranes-bill. Pulv. herbæ ſiccat vulneri impoſitus, non modo ſanguinis fluxum ſtatim ſiſtit, ſed mirè & ſubito conſolidat. *Stockerus.*

Hypericon, St. Johns-wort. Pulv. ſeminum à ℥ ſſ ad

℥i. in vehiculo idoneo exhibitus, vel decoctum Herbæ multum valent.

Iris Lutea, Common Water-flag. Rad. contuſ. & cataplaſ. formâ applicat. ſanguinem ubiq; manantem ſiſtit. *Raius.*

Laurus, Bay-tree. ℞ Baccam unam lauri & teneatur in Maxillâ nari fluenti oppoſitâ: expertum à *Stockero.*

Lolium, Darnel. ℞ Rad. hujus q. ſ. contund. & irroretur pauxillo aceti fortis & ſuturæ coronali vel fronti applicetur. *Bartholinus.*

Millefolium, Yarrow. Intus in decocto, vel infuſione aſſumptum omnes ſanguinis Hæmorrhagias certò compeſcit, & extus naribus inditus ſanguinem ſiſtit. *Raius. Hoffmannus.*

Pentaphyllum, Cinquefoil. Radix recens in manu detenta donec incaleſcat Hæmorrhagiam illico ſiſtit. *Hoffmannus.*

Pimpinella ſanguiſorba, Burnet. In Hæmorrhagiis quibuſcunq; ſiſtendis uſus eſt eximii. *Raius.*

Plantago, Plantain. Fotus ex decocto vel cataplaſ. ex planta cum momento aceti, vel ſucci pomorum agreſtium contusâ fronti & temporibus applicatum narium Hæmorrhagiam ſiſtunt. *Riverius.*

Succus mane & ſero ab ℥2. ad 4 vel 5. aſſumptus omnes ſanguinis fluxus compeſcit. *Riverius. Etmullerus.*

Polygonatum, Solomon's Seal. *Polygonum*, Knotgraſs. ℞ Horum ana, & teneantur in manu affecti, donec incaleſcant, vel diutius ſi opus fuerit, in narium Hæmorrhagiâ valent. *Boyl.* Vel,

Polygonum in fotus vel cataplaſmat. formâ extus applicatum, vel in decocto intus aſſumptum, eximii eſt uſus. *Etmullerus. Riverius.*

Populus, The Poplar-tree. Colligantur germina in majo, & in umbra jaceant donec ſubſtantiam lanuginoſam acquiſiverint quæ mirifice ſanguinem ſiſtit. *Euſtach. Rhodius.*

Portulaca, Purſlain. Ad ſanguinem è palato dentibuſq; gingivis vel faucibus effluentem (quod ſæpe ſcorbuticis accidit)

cidit) non datur præstantius remedium quam hæc Herba masticata sensim sensimque commesta. *Etmullerus.*

Primula veris, Primrose. Folia contusa partiq; affectæ admota, sanguinem potenter cohibent.

Rubus Vulgaris, Blackberry-bush. Decoctum ex summitatibus mane & sero epotum ad Hæmorrhagias internas multum valet. *Riverius.*

Sanguisorba sive Pimpinella, Burnet. Quamvis supra breviter memorata fuerit, sequentem tamen Etmulleri observationem inserere æquum duxi; *viz* Hujus folia in manibus contenta donec incalescant, Hæmorrhagias quascunq; compescunt, præsertim narium.

Siligo, Wheat. ℞ Excrescentiam nigram è siligine in spicæ summitate crescentem, de qua comedantur gr. 2. vel 3 omnem sanguinis fluxum restringet. *Stockerus.*

Spica nardi, Spicknard. ℞ Hujus subtilissime pulv. ℥i. sumatur ex jusculo, vel aq plantag. Insigne est specificum. *Riverius.*

Tilia, The Lime-tree. Baccæ pulverizat. & naribus inditæ sanguinem sistunt. *Raius. Hoffmann.*

Tormentilla, Tormentill. Decoctum plantæ totius ad omnes Hæmorrhagias nobile est specificum, si ter in die propinetur. *Etmullerus.*

Urtica Urens, Stinging Nettle. Succus vel Herba contusa naribus indita multum prosunt. *Raius.* Vel,

Folia contusa & palmis & plantis pedum admota mira præstant. *Borellus.* Vel,

Radix urticæ in ore retenta, ad narium Hæmorrhag. expertum est remedium. *Stockerus.* Vel,

Pulvis seminum vulneribus immissus, sanguinem manantem cohibent. *Ibidem.* Vel,

Succus intus assumptus (uti antea innotuimus) ad omnes Hæmorrhagias apprime conducit. *Etmullerus. Riverius.*

Fragraria, Strawberry. Teneatur radix in ore & sistet omnem sanguinis fluxum è naribus profluentem. *Stockerus.*

Usnea Quercus, Moss of Oak. Pulv. Usneæ Quercus

cus antiqui naribus inditus. Expertum eſt *ab eodem.*

Uſnea cran. human. palmis retenta vel collo appenſa infantum Hæmorrhag. ſiſtit. *Jungken.*

HÆMORRHOIDUM DOLOR.

A *Nagallis Aquatica*, Brooklime. Fotus vel cataplaſma ex planta hac præparat. ad Hæmorrhoid. cœcarum dolores ſedandos mire conferunt. *Hoffman.*

Cæpa, An Onion. Cæpa alba ſub cineribus aſſata & cum butyro inſulſo in cataplaſmatis formam ſubacta dolorem ſedat & tumorem diſcutit. *Riverius.*

Chelidonium minus, Pilewort. Tota planta in unguenti formam redacta multum valet. *Raius.* Vel,

℞ Plantæ totius ſiccat. q v. ſuſpendatur ſacculo incluſa in cereviſ. q. ſ. capiat Æger pro potu ordinario. Vel,

Succus ex Herba tota expreſſus & extrinſecus admotus eadem præſtat. *Solenander. Hoffman.*

Cyclamen, Sow bread. ℞ Succi Cyclaminis q. v. coq; tepido illinantur partes affectæ: Expertum ab *Henrico ab Heeres.*

Cynogloſſa, Hounds-tongue. Succus recenter expreſſus & tepide illitus plurimum valet. *Stockerus.*

Ficus. The Fig tree. Folia contuſa, & externe applicata, Hæmorrhoides aperiunt. *Etmullerus.*

Herba Paris, True-love, or Dut-berry. Ex hujus baccis, & oleo olivarum fiat balſamum elegans quod multum commendat *Geſnerus.*

Hyoſcyamus, Henbane. Coquantur folia in lacte chalybiato coq; calido cum ſpungiis vel linteis foveantur partes affectæ. *Etmullerus.*

Lilium Album, White Lily. *Linum*, Flax. ℞ Radicum mundatarum q. v. coq. ad mollitiem & cum butyro inſulſo & adipe Gallinæ f. unguentum, cui addatur parum pulveris ſeminum lini, quaſi nobile anodinum commendat *Crato.*

Linaria, Toad-flax. ℞ Florum q v. contundantur cum butyro majal. vel adipis porrinæ q ſ. inſolentur & coquantur

coquantur, & addantur colaturæ flores recentes ut ſupra, & poſt debitam inſolationem coquantur & colatura ſervetur uſui. Hoc unguentum multum laudatur à *Rolfincio*, *Horſtio*, *Riverio*, &c.

Herba ipſa recens contuſa & tepide parti impoſita ſpecifica eſt. *Holferus.*

Millefolium, Yarrow. Decoctum Herbæ per triduum intus aſſumptum dolores ſedat. *Riverius.* Vel,

Fotus ex Herba contuſ. & aq. font. cocta multum confert. *Etmullerus.* Vel,

Pulvis Herbæ ſiccat. ex lacte vel alio vehiculo ad ℥i. pondus exhibitus eadem præſtat. *Riverius.*

Momordica, Balm-Apple-tree. Ex hujus fructu oleo olivarum per longum tempus inſolat. f. Balſamum ad dolores prædictos ſedandos valde efficax. *Pharmacop. Bateana.*

Nummularia, Herb Twopence. Herba contuſa & cum butyro majal. in unguenti formam ſubact. multum valet.

Portulaca, Purſlain. Folia contuſa & tepide parti applicata dolorem ſedant, tumorem minuunt & ulcera conſolidant. *Riverius.*

Porri, Leeks. Ex horum radicibus cum ol. vel butyro inſulſo coctis f. cataplaſma eximii efficaciæ. *Riverius.*

Quercus, Oak. ℞ Foliorum & glandium hujus ana q. ſ. f. ex his ſacculi qui in aceto cocti parti affectæ ſucceſſive ſunt calide applicand. *Rulandus. Lotichius.*

Sambucus, Elder. ℞ Foliorum virid. q. v. coq. ad putrilaginem, decocto foveatur pars quæ poſtea oleo communi illinatur. Folia deniq; cataplaſm formâ ſuper pannum magnitudine volæ manus calide applicentur. *Riverius.* Vel,

℞ Butyri majal. ℔ij florum ſambuci & geniſtæ recent. ana quant. inſarciri poteſt. Contundantur flores, & inſolentur per menſem, dein agitentur, & ſub terra defoſſa ſimul putreſcant per menſem, poſtea coq. ſ. a. & f. expreſſio, ad dolores ſedandos prævalens. *Pharmac. Bateana.*

Scrophularia, Figwort. ℞ Rad. recentium p. j. butyri inſulſi p. ij. contundantur & imponantur ollæ novæ eo opertæ in loco humido per dies xv. tandem lenta ebullitione facta colentur & f. linimentum. *Sennertus. Etmullerus.*

Rad. in aq. f. ad mollitiem coctæ, & pultis formâ admotæ multum valent. *Aquapendens.* Vel,

℞ Hujus radicis ſucco turgidæ, vere ſcilicet collectæ, q. ſ. lumbis (ut cutim attingat) alligetur: optimum eſt ſpecificum. *Etmullerus.*

Scrophularia, Figwort. Si folia vel radices hujus in viridi vel ſicca ſubſtantia uſurpentur, vel ſi in decocto pro potu vel in Cibo ſumantur dolores ſedant. *Henr. ab Heeres.* Vel,

Hujus vero plantæ uſus & mirandæ efficaciæ Hiſtoriam refert Scultetus in armament. de Ægro quodam, qui per annum integrum dolore Hæmorrhoid. cœcarum laboraverat, & quem ſequent. method. curavit.

Largam ſchrophulariæ plantam patienti tranſmiſit, innuendo, ut quaſdam ejus radices femoribus alligaret, alias radices cum ſummitat. & foliis inciſas & ſacculo incluſas in cereviſia infunderet pro potu ordinario; & ut deniq; quædam folia minutim conciſa, omni mane cum pane butyrato aſſumeret, & horum uſu per unam alteramve ſeptimanam continuato egregie convaluit. *Scultetus ut ſupra.*

Sedum majus, Houſeleek. ℞ Fol. m.ij. coq. in Vino albo & ſumum excipiat Æger in ſellâ perforata. *Riverius.*

Suber, Cork. ℞ Cinerum ſuberis uſti q. v. & cum ol. lini & vitel. ovi ana, f. unguentum nulli ſecundum. *Etmullerus.*

Tapſus Barbatus, Mullein. Pulvis Herbæ in lacte vel alio vehiculo idoneo ſumptus, vel ſuccus aut per ſe aut cum ſaccharo in ſyrupum redactus, ſpecifice curant. *Sennertus, Riverius, Etmuller.* Vel;

℞ Florum contuſ. q. v. cum his in oleo fiat fortis infuſio (bis terve repetendo) & inſolatio, & poſt lentam ebullitionem colatura quæ balſamum præbebit inſigne. Vel,

℞ Plantæ

℞ Plantæ totius q. ſ. contunde & coque in aq. ferrariorum pro fotu, poſt cujus uſum applicetur magma calide. *Foreſtus.*

Telephium, Dwarf. ℞ Hujus radices tot quot protuberant in ano tubercula, & cum filo de collo ſuſpendantur, & circa lumbos ut cutim attingant, marceſcente enim radice tubercula tabeſcunt & evaneſcunt. *Wedelius, Etmullerus.*

Trifolium Hemorrhoidale. ℞ Sem. hujus pulverizat. ℥i. exhibeatur cum vitello ovi per plures dies. *Riverius.*

——FLUXUS NIMIUS.

Betula, Birch-tree. Hujus fungus vi pollet aſtringendi, unde ejus ramenta Hæmorrhoidibus inſperſa, ad miraculum fluxum cohibent. *Raius.*

Crepitus Lupi, Puff-balls. Pulv. hujus ſpongiæ terreſtris, ſi venis fluentibus admoveatur ſanguinem non modo ſiſtit, ſed & partes jam ulceratas optime ſanabit. *Etmullerus.*

Sanguiſorba, Burnet. Capiat æger ter in die horis medicinalibus hauſtum tepide hujus Herbæ decocti: egregium eſt experimentum *Bartholini.*

Verbaſcum, Mullein. ℞ Florum q. v. coq. in aq. ferrariorum vel Vino auſtero, f. decoctum quo foveatur anus & partes affectæ: ſpecifice compeſcet fluxum nimium. *Sennertus.*

Vinca Pervinca, Periwinkle. Fotus ex decocto in aq. fabrorum facto uſus eſt eximii.

Urtica, Nettles. Succus ad ℥ij. intus aſſumptus mirum in modum fluxum cohibet. *Riverius, Etmullerus.*

HEPATIS ABSCESSUS.

Scabioſa, Scabious. Syrupus ex ſucco fact. & jejuno ſtomacho ſumptus curat. *Stockerus.*

——IMBECILITAS.

Lapathum Acutum, Common-Dock. ℞ Seminum ſubtiliter pulv. ℥i. exhibeantur quolibet mane, ex vehiculo idoneo. *D. Bowles.*

Gonorrhœa 45

OB

—OBSTRUCTIO.

Fragraria, Straw-berry Plant. ℞ Plantæ totius inciſ. mij. paſſularum ℥ 4. coq. in aq. f. ℔iij. ad ij. pro potu ordinario. *Etmullerus.*

Lupuli, Hops. Eſu turionum verno tempore collectorum, hepar & lien obſtructionibus liberantur. *Raius.*

—SCHIRRUS.

Cruciata, Crosswort. Fotus ex decoct. Herbæ præparatus & ſæpe adhibitus curat. *Jungken.*

HERNIA CARNOSA.

Anonis, Restharrow. Cors & radix uſurpat. ramicem carnoſam abſumunt. *Raius.*

℞ Radicis pulveriſat. ℥ i. ſumatur mane per plures dies: expertum eſt remedium, à pluribus laudatum, viz. *Mathiolo, Sennerto, Morriſono, & Etmullero.*

—INTESTINALIS.

Arum, Wake-Robin. ℞ Pulv. rad. ℈ ij. vel ℥ i. cap. mane per aliquod tempus in vehiculo idoneo; utatur interim patiens ſplenio, vel cumbat ſupinus. *Laurenbergius.*

Carlina, Carline-Thistle. *Geranium Columbinum*, Dove's-foot, or Crane's bill. ℞ Rad. carlinæ & folior. geran. columb. ana coq. in Vino ſtiptico & exhibeatur hauſtus quolibet mane: ſpecifice curat. *Brendelius.* Vel,

℞. Rad. & fol. geran. columb. ſiccator. q. v. pulverizentur: detur hujus pulv. cochlear. ſemiſs in hauſtu Vini rubri mane jejuno & nocte ſub lecti ingreſſum per 21 dies: mirifice curat. *Gerrhardus.*

Herniaria, Rupture-wort. Hujus Herbæ decoctum vel pulvis, vel ſuccus mira præſtant.

Decocti ſumatur hauſtus quotidie mane, ſuccus ab ℥ i. ad ℥ iſſ & ℥ ij. Vino rubro affuſus, exhibeatur eodem modo uti etiam pulvis ad ℥ i. in hauſtu Vini rubri. *Hoffmannus. Hollerius, à*

Quo hæc planta ita commendatur ut Herba Hollerii appellatur.

Naſturtium, Cresses. ℞ Pulv. ſeminum q. v. redigatur cum ovi album. in empl. conſiſtentiam, quod ſuper

alutam

alutam extenſum parti affectæ tepide applicetur, nec moveatur donec ex ſe decidat.

Tum ℞ ſem. prædict. pulv. ℥i. cap. patiens ex Vino rubro mane & ſero. *Foreſtus.*

Polygonatum, Solomon's Seal. ℞ Rad hujus roſ. ℥i. coq. in juſcul. q. ſ. ad ℔ij. col. capiat. ℔ſſ. vel ℥xij. mane jejunus. Vel,

℞ Rad. pulv. q. ſ. cap. ℈ij. vel ℥i. quolibet mane per plures dies in hauſtu Vini rubri. *Boyl.*

Polygonum, Knot-graſs. Hujus uſu frequent. herniosos quam plurimos fœlici cum ſucceſſu reſtituit. *Fallopius.*

Symphytum, Great Comfry. Ex hujus radicib. recent. extrahatur mucilago quæ tepide cataplaſm. formâ admota, & ſæpius renovata hernias conſolidat. *Etmullerus.*

——PUERORUM.

Adianthum Album, Wall-rue. Hujus pulverem per 40 dies propinat. *Mathiolus.*

Alchimilla, Ladies-mantle. Hujus decoctum rupturas glutinat. & (quod dictu mirum eſt) tota ejus plantæ in glutinando vis eſt, ut ramices inteſtinorum, præſertim in pueris, ſanare poſſit. *D. Raius & Morriſonus.*

Cruciata, Croſswort. Pulvis Herbæ vel decoctum in Vino exhibita multum valent. *Raius.*

Dentaria, Toothwort. Pulvis ad ℥ij. ex juſculo ſumptus per 40 dies ramices curat; in pollinem vero redigatur Herba probe ſiccata. *Camerarius.*

Ophioglossum, Adders-tongue. ℞ Ophiogl. optime ſiccat. & ſubtiliſſime pulv. ℥i. exhibeatur mane ex Vino rubro per aliquot dies & curabit. *Baptiſta Sardus.*

Polygonatum, Solomon's Seal. Radix pulveriſat. & ex Vino ſumpt. vel in Vino cocta, & decoctum per aliquot dies mane uſurpatum mira præſtat. *Raius.*

——UMBILICALIS.

Perfoliata, Thorow-wax. Herba ſive intus ſive extus uſurpata, ſpecificum eſt & medicamentem egregium à pluribus commendatum, præſertim à *Schrodero, Hoffmanno, & Etmullero.*

HER-

HERPES.

Helidonium, Celandine. Herba contusa, & bis in die parti admota herpetem sanat. Expertum.

Erica, Heath. Oleum ex floribus per insolationem & coction. compositum, herpetibus fœdis apprime conducit. *Clusius ex Rondelet.*

Poma, Apples. ℞ Poma putria N°. vi. per setaceum mittatur pulpa, cui adde ol. Ros. ℥ ij. lactis mulieb. parum, fiat cataplasm. parti affect. applicand. in herpete dolenti multum valet. *Pachequus in Comm. Riverio.*

Prunus Sylvestris, The Sloe-bush. Gummi (quod sponte ex arbore exudat) aceto solutum & parti illitum herpetem sanat. *D. Beale Transf. Philos.*

——MILIARIS.

Piloſella, Mouſear. Succus parti affectæ illitus, subito & efficaciter morbum sanat. *Raius.*

HYDROPHOBIA, *vide* Morsum Canis rabidi.

HYDROPS.

Absynthium, Wormwood. Hujus nobilissimæ Plantæ solius usu plures hydropisi curati fuerunt. In usu crebriori sunt. 1. lixivium ex hujus cineribus præparatum (cujus lixivii tam ex his quam ex aliarum plantarum cineribus præparationem in anasarca præscriptam invenies.) 2. infusio Herbæ siccat. in Vino vel cerevisia pro potu ordinario *Etmullerus.*

Allium, Garlick. Fiat decoctum ex allio in lacte, cujus capiat. æger hausulum ter in die. *Bartholinus.* Vel,

Deglutiat æger mane jejunus unum vel alterum allii nucleum à pelliculâ externâ denudatum, quorum continuatâ commestione multum aquositatis per urinas reddet, & sanabitur. Vel,

Succus allii in jusculo vel alio vehiculo sumptus eadem præstat. *Forestus.*

Betula, Birch-tree. Folia intus vel extus adhibita in hydrope usus non sunt minimi. *Raius.* *Bry-*

Bryonia Alba, White Bryony, or Wild-Vine. Decoctum radicum in aq. f. vel Vino factum, & potum Hydropem curat. Vel,

Syrupus ex ſucco radicis nobile eſt ſpecificum quem fœlici cum ſucceſſu ſæpe uſurpavit *Etmullerus*.

Ebulus, Dwarf-Elder. Decoctum radicum per 30 dies hauſtum, uſus eſt eximii, præſertim ſi in Vino coquantur, & mane exhibeatur jejuno colatura. *Gabelchoverus*. Vel,

Cortex interior. radicis Vino infuſus, aquas Hydropicorum educit. *Hoffmannus*.

Fraxinus, Ash-tree. Pulvis ſeminum ex Vino albo vel Rhenano exhibitus quaſi remedium præſtantiſſ. commendatur à *D. Bowles*. *Raius*.

Hedera Terreſtris, Ground-Ivy. Vir quidam Hydropi valde proclivis, & cujus crura tumefacta copioſum ſerum per ulcuſcula emiſere ſequent. method. convaluit & pancratice vixit.

℞ Hederæ terreſt. & abſynth. vulg. ana q. ſ. coq. parum in cereviſia ſecundar. & bibatur calide aliquoties in die.

Mulier Hydrope laborans & à medicis relicta, hoc modo convaluit, *viz.* interne Hederâ hac utebatur in decocto in aq. f. vel cereviſiâ facto, cujus colaturam calide & copioſe hauſit quotidie externe Herba calide locis tument. applicavit, & aliquoties purgabat ſucco iridis noſtratis. *Etmullerus*.

Iris noſtras, Flower-de-luce. Hujus uſus etiam multum commendatur ſi à ℥ vi. ad ℥ i. ℥ iſſ. ℥ ij ſuccus aut recens aut depuratus, per ſe aut in Vino vel cereviſia tepida exhibeatur. *Williſius Hoffmannus*.

Marrhubium, Hore-hound. Quocunq; modo uſurpatum ſpecificum eſt eximium. *Etmullerus*.

Parietaria, Pellitory of the Wall. Syrupus ex hujus ſucco compoſit. & crebro uſurpatus Hydropes (urinas movendo) quoſcunq; curabit, & quaſi Arcanum cum noſtratibus habetur. *Etmullerus*.

Sambucus, Elder. Vinum ex ſucco mero baccarum, vel

vel Vinum cum baccis & Vino albo vel Rhenano factum mira præstat. *D. Needham.* Vel,

In iis qui facile purgantur sequens medicamentum multum juvat.

℞ Corticis interioris sambuci è ligno derasi miij. coq. in aq & lact. partibus æqual. mistorum ℔ij ad ℔i Colaturæ cap. dimidiam partem mane, & alteram sero quotidie donec convalescat. *Sydenham.*

Vincetoxicum, Swallow-wort. Fiat decoctum Herbæ in cerevisia vel Vino, quo sæpe utatur æger in anasarca & præsertim in ascite: specificum est egregium. *Etmullerus.*

HYPOCHONDRIACA, *sive* HYSTERICA AFFECT.

Absinthium, Wormwood. ℞ Infusion. Absinth. in aq. f. fact. q. s. capiat. ℥ ii. vel iii mane, uti etiam à prandio & cœna. *D. Bowles.*

Atriplex Olida sativa, Garden Orach. Herba in conserv. formam subacta hystericis optimum est remedium. *Needham.*

Cichoreum, Succory. Brodium cum cichoreo præparatum Hypochond. Præsens est Remedium. *Rhodius.*

Daucus Sylvestris, Wild Parsneps. ℞ Sem. pulverisat. ℥ ij. Vini albi ℔ss. infund. per 2. vel 3. horas, & demum agitato vase, exhibeantur simul: paroxysmos hysstericos aufert. *Raius.*

Hedera Terrestris, Ground Ivy. Cum foliis siccis & sp. vin. tenuior. repetitis infusion f. tinctura quæ per chartam filtrata cochleatim sumatur ubi opus sit. *Hoffmann.*

Juglandis Iuli, Wallnut-tree Catkins. ℞ Horum q v. probe siccentur & pulverizentur; hujus pulv. cap. ℥ ij. in vehiculo idoneo & si in promptu sit addatur ol. succini gt. i. vel ij. *Moufetus, Laurent. Scholtzius.*

Lilium Album, White Lily. ℞ florum hujus q. v. infund. in Vino Hispanico ut bis bene impregnetur, ex hac infusione in MB. destilletur aqua efficax, cujus dosis

cochl.

cochl. i. vel ij. mane ad præcautionem, & in paroxysmo exhibeatur eadem quantitas. *Hoffmannus.*

Phyllitis, Harts-tongue. Conserv. fol. viridium, vel pulvis fol. siccatorum ad ℥i. in cerevisia, vel zithogalo exhibita, experta sunt Remedia. *Raius.*

Rapum, Turnep. Horum decoctum sæpe usurpatum multum commendat *Etmullerus.*

Xyris, Stinking Gladwin. Pulvis radicum in his affect. utilissimus est. *D. Bowles.*

I.

ICTERUS.

Aquilegia, Columbine. ℞ Sem. Contusorum ℥ij. infund. per noctem in Vini alb. ℔ss. mane capiat colaturam pro haustu. Vel,

℞ Pulv. subtilissim. sem. ℥i. sumatur mane in haustu Vin. albi.

In morbillis, ℞ Florum cæruleorum q. v. his affunde aq. calent. q. s. & ol. vitrioli q. s. ad Gratiam; stent simul bene co-operta donec refrixerint, tum fiat colatura, & elegantissimam habebis morbillis curandis valde efficacem tinct. Edulcoretur si placet. Dos. haustus mane & 4. pomeridiana. *Etmullerus.*

Argentina, Silver-weed, Wild Tansy. Decoctum Herbæ in aq. vel potius Vin. alb. fact. & sæpe haustum plurimum valet. *Ibidem.*

Bardana, Burdock. Ex radic. mundat. & rasâ f. infusio fortis frigide in cerevisia, cujus capiat Æger haustum largum mane jejunus, & tantundem hora 4. pomeridiana donec convaluerit. Expertum.

Carduus Mariæ, Ladies Thistle. Decoctum fol. in Vino vel aq. & (ut Argentina) sumptum ictericis multum conducit. *Mathiolus.*

Chelidonium, Celandine. Decoctum radicum per dies aliquot exhibitum curat. *Forestus.* Vel,

Chelidonium cum toto quocunq; modo uſurpatum, ſive in decocto, ſucco, infuſion vel aliquo alio modo, expertiſſimum eſt Remedium. *Etmullerus cum ſucco ſolo Ancillam Ictericam curavit hac methodo.*

℞ Succi Chelidon. ℥ iſſ. vel ℥ ij. cap. per ſe mane jejuna ſuperbibendo hauſtum cereviſiæ, vel ſi placet miſceatur ſuccus cum hauſtu cereviſiæ & propinetur. *Tinctura elegans & admodum proficua ſequenti modo conficitur.*

℞ Rad. chelidon. minutim inciſ. q. v. Vini alb. vel Rhenani ad ſupereminentiam 3. vel 4. digitorum, infundantur frigide in vaſe bene clauſ. per dies aliquot, ſæpe agitando vas donec tinctura extrahatur, quæ per Chartam bibulam vel manicam Hippocratis filtrata, ſervetur uſui. Doſis ℥ 4. vel 6 mane, & 4. promeridiana

N. B. Si addantur paſſulæ majores efficacior erit, & pro egenis Pomaceum Vini loco ſubſtitui poteſt. Vel,

Chelidonium. Juniperus. ℞ Rad. chelidon. m ij. bacc. Juniperi m. i contundantur cum Vini Rhenan. ℔ i. deinde exprimatur ſuccus, cujus cap. Æger ℥ 4 bis in die. *Fr. Joel.*

Cichoreum, Succory. Succus cichorei condenſatus multum laudatur à *Bartholino.*

Fragraria, Strawberry. Decoctum Herbæ totius in Vino mane exhibitum, & 4. pomeridian. valet. *Raius.* Vel,

Herba in juſculo cocta eadem præſtat; vel ℞ Plantæ totius m. iij. paſſulorum minor. ℥ 4. coq. in aq. f. ℔ iij. ad duas pro potu ordinario. *Rulandus.*

Fraxinus, Ash-tree. Sem. pulv. exhibit. mane in Vino alb. multum valet. *D. Bowles.* Vel,

℞ Cinerum cribrat. q. imbib. urina recentem ægri una vice excretam, f. ex maſſa ʒ pillulæ æqual. quæ in loco clauſ. prope focum collocentur ut exſiccant. *Willis.*

Fumaria, Fumitory. Laborabat quidam ictero & vomitu frequent. cui pharmacopœus exhibuit ſucci fumar. ℥ iij. prima exhibitione cohibitus eſt vomitus, &

Remed.

Remed. per aliquot dies continuato omnino ſublatus eſt morbus. *Riverius obj.*

Lens Paluſtris, Duck-meat. Fiat hujus infuſio in Vino alb. cujus exhibeantur ℥ vi. quolibet mane per 9 dies pro ſecreto habetur. *Raius ex M. S. D. Bates.*

Marrhubium, Horehound. Ex ſucco fiat ſyrupus qui aut per ſe aut cum Vino miſtus certo eurat. *Freitagius & Foreſtus.* Vel,

℞ Marrhubii virid. ℔i. contund. & coq in Vini alb. ℔vij. ad 5 colaturæ cap. Æger ℥ iiij. jejunus & ℥ iij. ante Cœnam, & curabitur. *Stockerus.*

Si vero Marrhubium viride non ſit in promptu, in tali caſu,

℞ Marrhubii bene ſiccat. & groſſe contuſi q v. huic affunde Vini alb ad ſuper-eminentiam 4. vel 5. digitorum, frigide macerentur in vaſe probe obturato, quotidie agitando donec extrahatur tinctura, ad Icterum experta. Doſis ℥ 4. bis in die. N B. ſi ſal tartari ℥ iij vel iiij in mortario calido Herbæ addatur, multo facilius Tincturam exhibet.

Pimpinella Saxifraga, Burnet Saxifrage. Hæc Herba quocunq; modo uſurpata contra icterum eximium eſt præſidium. *Morriſonus.*

Oxyacantha, The Berberry-tree. Cortex medianus flavus in Vino alb per 3. horas infuſus, & propinatus mire prodeſt. *Raius.*

Polypodium, Oak-fern. Pulv. Radicum ad ℥ i. exhibitus mane per aliquot dies præſtantiſſimum eſt Remedium. *D. Bowles.*

IMPETIGO. v. Lepra Prax 398.

Erica, Heath. Ol. ex floribus (ut in herpete deſcript.) hic multum prodeſt.

Fumaria, Fumitory. Decoctum fumariæ in ſero lactis & ſyrupus è ſucco, eximii ſunt uſus.

Sedum majus, Houſleek. ℞ Hujus contuſ. m.ij coq. in lact. ℔ijſſ. & fiet ſerum; cap. hujus ſeri ℔i. bis in die. *Willis.*

IMPOTENTIA.

Aquilegia, Columbine. Si à faſcino oriatur. ℞ Sem. & Herb. ana q. ſ. coq. aq. & f. fotus quo calido foveantur pudenda utriuſq; ſexus. *Etmullerus.* Vel,

Betula, Birch tree. Mictus per recentem betulam ſanat, vel cereviſia betulina: experimentum eſt *Helmontii.* Vel,

Vinum betulinum ex ſucco ex ramis vere vulneratis manant. præparatum. *Etmullerus.*

Nuces Avellanæ, Hazel-nuts. In alia vero cauſâ per longum tempus in melle conditæ membrum virile roborant. *Rondeletius.* Vel,

Urtica, Nettles. Sem. recent. ad mollitiem coctæ, & cum butyro comeſta per 3 dies optimi eſt uſus. *Jo. Marquardus.*

INCUBUS.

Aniſum, Anife. Semina vel ol. Chym. eorundem, ſub lecti introitum exhib. multum commendantur. Vel,

Pæonia mas, Male Peony. ℞ Rad. hujus verno tempore collect. q. ſ. cautè exſiccentur & pulveriz. doſ. ℈ij. ℥i. vel ℥iſſ. in vehiculo idoneo mane, per aliquod tempus. Vel,

℞ Granorum Pæoniæ nigrorum nº. 15. cap æger. Vel, Emulſio ex ſeminibus eadem præſtat. *Etmullerus.*

INFANTUM TORMINA.

Aniſum, Anife. ℞ Seminum Aniſi groſsè pulveriz. ℈i. exhibeantur ex pulticulâ, vel aliquo alio modo: Tormina ſedant, & alvum laxant. *Heurnius.*

INTERTRIGINES.

Gnaphalium, Cudweed, or Chafeweed. Herba in pulverem ſubtiliſſimum redacta, & inſperſa intertrigines ſeu excoriationes ſanat. *Raius.*

INTESTI-

INTESTINORUM EROSIONES.

Althæa, Marsh-Mallows. Decoctum Radicum, & mucilago ex seminibus extracta mire conducunt. *Raius.*

——FLATUS.

Imperatoria, Master-wort. Radix sive in infusione, sive in decocto usurpetur; eximii est usus, & laudatur à *Morrisono.*

——TORMINA.

Agrifolium, Holly. Foliorum aculei in Zythogalo decocti mire conducunt, teste matronâ quâdam, quæ hanc medicinam in semet ipsâ, & in aliis, post alia in frustro tentata medicamenta: Experta est. Folia procaldulio idem efficient. *Raius.*

Alcea, Vervain Mallows. Decoctum foliorum in aq. insigne est Remedium. *Bauhinus.*

Imperatoria, Masterwort. Radix ut supra usurpata, hic locum habet, valde enim commendatur à *Morrisono.*

ISCHIAS.

Arthemisia, Mugwort. ℞ Fol. pulv. ʒij vel iij. exhibeantur ex Vino Generoso. *Raius ex Parkinsono.*

Brionia Alba, White Bryony. ℞ Radicis recent. q s. contunde & f. ex arte cataplasm. ter quaterve applicandum. *Raius.*

Enula Campana, Decoctum radicum (vel potius infusio earundem) ad dolorem ischiadicum multum valet. *Parkinsonus.*

Hypericum, St John's wort. Decoctum florum & fol. per 40 dies exhibitum, præstantissimum est Remedium. Vel,

℞ Seminum pulv. ʒij sumantur ex Vino, & dolorem adimunt. *Marquardus.*

Iberis sive Nasturtium Pratense, Ladies smock, or Cuckow flowers. Hujus infusio, decoctum, syrupus, vel succus expressus mira præstant, & quocunq; modo exhibeantur morbum sanant. *Ægineta.*

Symphitum, Comfrey. Cataplasma ex radicibus con-

tusis, super alutam extensum, & parti dolent. applicatum, multis laudibus commendatur. *D. Hulse. Raius.*

Ulmus, Elm. ℞ Corticis Ulmi q. v. coq. in aq. fontan. sensim ebulliendo, ad syrupi fere consistentiam; coletur forti expressione, colaturæ adde Aquæ Vitæ partem tertiam, & hac misturâ foveatur pars ad ignem. *A me sæpe expertum, & laudatum à Celeberrimo Raio.*

Urtica Urens, Stinging Nettles. Coquantur fol. in cereviſ. forti ad mollitiem, & ut bene impregnetur decoctum, deinde coletur, & contundantur fol. in cataplasmatis formam. Hoc facto, foveatur imprimis pars affecta decocto prædicto calido, deinde applicetur cataplasma etiam calefactum & morbum solvent. *Fontanus.* Vel,

Verberetur pars cum follis urticæ ad rubedinem, & tum foveatur sp. Vini. *Holserus.*

ISCHURIA *in Genere.*

Allium, Garlick. ℞ Allii nucleos no vi. denudatis pelliculis contundantur in mortario, sensim affundendo Vini Rhenan. ℔ss coletur, & f. hausstus mane jejuno, vel in paroxysmo exhibendus; repetatur si opus fuerit ad tertiam vicem. Expertum.

Avellana, The Hazel. ℞ Corticis interioris surculorum avellanæ m.i. coq in cereviſ. ℔i. ad ℔ss. cap. mane, & sero donec convaluerit. Expertum.

Aurantia malus, The Orange. ℞ Pulver. corticum exteriorum aurantiarum à ʒss. ad ʒi. detur in Vino albo, vel Rhenano. *Etmullerus.*

Cepæ, Onions. Placenta ex cepis minutim concisis & cum ovis agitatis, in axungiâ porrinâ frixis, calide applicetur parti dolenti, si urinæ suppressio sit renalis, renibus, si vesicalis regioni pubis, multum laudatur in observ. commun. à *Marsino.*

Sunt qui ex allii & ceporum ana, Placentam formant eodem cum successu. Vel,

℞ Ceparum albarum crudarum q. s. contundantur & cum oleo f. cataplasma eodem modo applicandum, & multo erit efficacius. *Riverius.* Vel,

℞ Cepas

℞ Cepas ſub cineribus coctas, contundantur cum adipe anſerin. q. ſ. ut f. cataplaſma, calide umbilico & pubi admovendum, ſi urinæ ſuppreſſio à nimio coitu oriatur perinæo imponatur. *Hollerius.*

Cepa, The Onion. ℞ Succi harum cochl. ij. Vini albi ℔ſſ. m. f. hauſtus, optimum eſt Remedium, dolores enim ſedat, & ſubito urinam provocat. *Boyl.*

Chærophyllum, Chervil. ℞ Hujus à ſtipitibus liberat. q. v. ex hoc contuſ. & cum adipe ſuillâ, vel ol. jugland. frixo, f. cataplaſma pubi & umbilico calidè applicandum. *Ibid.*

Chrithmum, Samphire. Folia muria condita & commeſta eximii ſunt uſus. *Morriſonus.*

Daucus, Wild Carrot. Semina in cereviſia vel Vino infuſa, ſive decocta eximie proſunt. *Raius.*

Glandes, Acorns. Pulvis glandium ſiccat. ex Vino exhibitus, præſens eſt remedium. *Stockerus. Weickardus.*

Halicacabi baccæ, Winter-cherries. Cardinalis quidam, qui per quatriduum iſchuriam paſſus eſt, nullis aliis proficientibus medicinis, per potum Vini ſequentis liberatus eſt.

℞ Fructus Halicacabi N$_o$ v. vi. vii vel plures, contundantur cum hauſtu Vini albi, qui coletur & exhibeatur. *Arnoldus Villanov.*

Hedera, Ivy. ℞ Heder. arboreæ vel muralis pulv. ℥i. ℈ij. vel ℥ſſ. detur ex Vino albo, & urinas ſtatim movebit. *Stockerus.*

Hypericon, St. John's wort. ℞ Summitatum Hyperici m. ſſ coquantur parum in Vino, quod colatum propinetur. *Ibidem.*

Limonium, Limon. ℞ Succi hujus ℥ iij, vel iiij. deluantur aq. f. vel vehiculo idoneo, & exhibeantur. *Amatus Luſitanus.* Vel.

℞ Succi Limon. ℥ ij. ſp. tereb. ℥ ij. Vini alb. ℥ 4. m. f. hauſt. valde proficuus *Formius in obſ. com. Riverius.*

Malva, Mallows. Decoctum malvæ egregium eſt Remedium, &

Conſerv.

Conſerv. florum quaſi ſpecificum expertum commendatur ab *Amato Luſitano, & Hoechſtetero.*

Parietaria. Pellitory of the Wall. ℞ Lapidem ignitum, aſperge cum aceto, & ſuperimpone fol. parietariæ q. ſ. ubi caleſcit applicetur pectini. *Stockerus.* Vel,

Folia cum axungiâ, butyro inſulſo, oleo (ſed præcipue ol. ſcorpionum) frixa, mire conducunt, admoveantur ut ſuprâ. *Jacob. Sylvius.* Vel,

Succus Parietariæ depuratus ad ℥ iij. exhibitus, valde efficax. *Sennertus.* Vel,

℞ Fol. parietariæ q v. coq. ad mollitiem & cum ol. ſcorpionum vel ejus defectu pinguedin. anſerin. q. ſ. f. cataplaſma nobile, pro pectine. *Helidæus.* Vel,

℞ Fol. parietariæ m. ij. Chærophylli m iſſ. coq. ut ſupra & cum butyri recent. ℥ ij. ol. ſcorpion. ℥ iſſ. f. cataplaſm. calidè applicandum. *Simon Pauli & Foreſtus.*

Petroſelinum, Parſley. ℞ Succi hujus ℥ i. detur in hauſtu Vini albi. *Stockerus.*

Polygonatum, Solomon's Seal. ℞ Pulv. radicis ſigilli Solomonis ℥ i. ſumatur ex Vino albo. *Ibidem.*

Polygonum, Knot-graſs. Decoctum radicum centinodii laudatur à *Varignana.*

Rapæ, Turneps. Decoctum raparum ſingulariter & ſpecifice commendatur (ſi ad libitum bibatur) à *Gabelchovero & Amato Luſitano.*

Tilia, The Lime-tree. ℞ Foliorum, q. v. coq. in Vino alb. vel Rhenano, f. ex Arte cataplaſma, calide pectini applicandum. *Stockerus.* Vel,

Si decocto forti (ut ſupra facto) & ſpongiâ calide foveatur pecten, nobile eſt Remedium. *Hollerius.*

Viola, Violet. ℞ Sem. Violæ purpur. ℥ ſſ. cum aq. hordei (vel veronicæ ſi haberi poſſit) f. emulſio, ad libitum ſumenda. *Crato.*

—— RENALIS.

Hedera Terreſtris, Ground-Ivy. Succus hujus per ſe, aut in ſyrupum cum ſaccharo confectus, ſpecifice curat. *Emulleri us.*

Eryſi-

Eryſſimum, Hedge-Muſtard. ℞ Sem. Eryſſimi pulv. ʒi. dentur in Vino albo. *Ibidem.*

Parietaria, Pellitory of the wall. Succus vel ſyrupus hujus multum valet. *Ibidem.*

Raphanus, Radiſh. Radix Vino infuſa, vel ſuccus exhibitus, urinam blande movent. *Ibidem.*

L.

LAC AUGENTIA.

Anethum, Dill. Decoctum anethi valde eſt proficuum. *Morriſonus.*

Aniſum, Anniſe. Semin. aniſi quocunq; modo uſurpata, multum laudantur ab *Eodem.*

Fœniculum, Fennel. Folia in aq. hordei decocta, lac nutricibus augent. *Tragus.*

Polygala, Milk-wort. Hujus plantæ uſus, lac in mulieribus copioſum efficit, ex multiplici experimento Calceolarii. *Morriſonus.*

Sambucus, Elder. ℞ Florum ſambuci m.j. lactis recentis ℔iij coq. ad ℔ijſſ. colaturam bibat nutrix ad libitum. *Etmullerus.*

——MINUENTIA.

Alſine, Chickweed. ℞ Hujus q. ſ. contunde & imponatur fol. braſſicæ capitat. calideq; mammis admoveantur & crebrius repetantur. *Etmullerus.*

Cicuta, Hemlock. *Mentha*, Mint. ℞ Horum ana q. v. contundantur & calide mammis applicentur. *Ibidem.*

Plantago, Plantan. Succus mammillis illitus quaſi mirum & expertum ſecretum commendatur à *Timoth. Roſlin. Raius.*

LATERUM DOLORES.

Carduus Benedictus. ℞ Fol. mſſ. contunde cum Vino alb. & bibatur colatura. Expertum.

LEPRA, *vide* IMPETIGO.

LETHARGUS.

Satureia, Savory. Herba contuſ. & in aceto infuſ. & capiti admota præſens eſt Remedium. *Altomari.*

Sinapi, Muſtard: Semina cum aceto contuſ. & coxendicibus applicat. ſomnum fugant. *Trallianus.*

LIENIS OBSTRUCTIO.

Abſynthium, Wormwood. ℞ Fol. ſiccatorum m. i. infunde frigide in aq. f. ℔iſſ. per 8. horas, capiat Æger ℥ij. vel iij mane, à prandio, & veſperi (poſt cœnam ſi cœnis addictus ſit) donec convaluerit. *Bowles.*

Chamædrys, Germander. Fol. cum Vino contuſa & colatura epota valde proſunt. *Benedictus.*

Ebulum, Dwarf-Elder. Decoctum radicum in aq. f. ad 3. mirifice curat. ter in die epotum. *Varignana.*

Filix, Fern. Decoctum hujus efficax eſt. *Foreſtus.*

Fraxinus, Aſh-tree. ℞ Corticis interioris q. v. infunde & coq. in Vini albi q. ſ. cap. hauſtum jejunus quolibet mane per ſeptimanam. Expertum.

Lamium, Archangel, Folia quocunq; modo uſurpata, multum proſunt. *Solenander.*

Lupulus, Hops. Turiones verno tempore collect. coct. & aſparagorum more commeſt. contra lienis obſtructiones laudantur à Cl. *Raio.*

Orobanche, Broom-rape. Herba condita vel ſyrupus ex ejus decocto compoſitus, ad obſtructiones ſplenicas uſus eſt eximii. *Ibidem.*

Tamariſcus, Tamariſc. Succus hujus in Vino ſumptus, magno cum ſucceſſu uſurpatus eſt à *Benedicto.*

SCHIRRUS.

Abſynthium Romanum, Roman Wormwood. Fiat decoctum in aq. fabrorum cujus depurati capiat patiens hauſtum mane jejunus, & poſt cibum. *Baricellus.*

Lupulus, Hops. Lupuli in Vino cocti, & in ſaccule calide parti applicat. morbum ſolvunt. *Stockerus.*

Sambu-

Sambucus, Elder. Hujus folia in oleo vel Vino coctæ eadem præstant. *Ibidem.*

Scolopendrium, Spleenwort. Hujus folia in Vino cocta, & ut supra applicata, multum valent; bibat etiam Æger mane quotidie, jejunus hausturn infusionis florum in Vino factæ. *Ibidem.*

TUMOR.

Chelidonium, Celandine. Succus expressus in Vino aut cerevisiâ exhibitus, nobile habetur Remedium. *Doringius.*

Fraxinus, Ash-tree. Cortex commendatur à *D. Raio.* Semen à *D. Bowles.*

Polypodium, Polypody. ℞ Radicum pulv. q. v. exhibeatur ℥i. quotidie, præstantissimum est Remedium, præsertim si addantur cremor tartari & cassia lignea. *Bowles.*

Scolopendrium, Spleenwort. Hujus decoctum cum aq. fabrorum præparatum, expertum est si ter in die propinetur. *Dioscorides.*

LIENTERIA.

Morus, Mulberry. ℞ Fructus immatur. siccat. & pulverizat. q. s. in potu exhibitus mire valet. *Altomari.*

Nux Moschata, Nutmeg. Assetur super tegulam calidam vitellum ovi unius, huic inspergatur pulv. nucis mosch. unius minoris commedantur, & habebis Remedium expertum à *Foresto.*

Absynthium, Wormwood. Vinum absynthites chalybeatum maxime confert, si frequenter utatur. *Etmullerus.*

Rhabarbarum, Rhubarb. Puerum 3 Annorum curabatur methodo sequenti.

℞ Rhab. pulv. ℥i. detur in Vino ante cœnam. *Helidæus.*

LINGUÆ ARIDITAS.

Cydonium malum, A Quince. ℞ Mucilaginis seminum cydoniorum q. s. qua illinatur lingua sæpius in die, & per tempus ibi relinquatur. *Etmullerus.*

Sedum majus, Houseleek. Succus linguæ impositus ibiq; detentus sine deglutitione, multum ad ariditatem & linguæ fissuras valet. *Ibidem.*

——INFLAMMATIO.

Prunella, Self-heal. Decoctum prunellæ cum sale prunellæ acuatum specifice commendatur gargarismi formâ usurpatum. *Etmullerus.*

——PARALYSIS.

Salvia, Sage. Succus salviæ usus est eximii, si eo frequenter lingua confricetur. *Riverius.*

——TUMOR.

Lactuca, Lettuce. Succus lactucæ in ore retentus sæpe expertus est à *Rhodio.*

LIVORES.

Chærophyllum, Chervil, or Sweet Ann. Folia contusa, & tepidè locis applicata sugillationes quascunq; tollunt. *Morrisonus.*

Gnaphalium, Cud-weed. Folia contusa & oleo cocta prosunt. *Raius.*

Tapsus Barbatus, Mullein. Illinatur pars succo, & fol. contusa cataplasmatis formâ calide applicentur. Expertum.

LOCHIORUM FLUXUS NIMIUS.

Filipendula, Dropwort. Pulv. Radicis ad ℈ij. exhibitus, usus est eximii *Raius.*

——SUPPRESSIO.

Aurantia, Oranges. *Chamæmelum*, Chamemile. ℞ Corticum aurant. sicc. ℥ i. florum Chamæmeli m. ss. fundantur & coq. lente in cereviſiæ ℔ij. ad ℔iss. colaturæ tepide cap. ægra hauſtum ter in die. *Etmullerus.*

Calamintha, Calamint. Decoctum Herbæ sive in-

tus

tus ter in die ſumptum, vel extus fotûs forma uſurpatum, uſus eſt egregii *Ibidem.*

Matricaria, Featherfew. Decoctum hujus cum momento Chamæmel. vel Arthemiſiæ factum, expertum eſt, ſi hauriatur tepide. *Hoffmannus.*

Mercurialis, Mercury. ℞ Herbæ contuſæ q. ſ. includatur ſyndone raro, ut fiat peſſus. Nobile eſt uterinum. *Etmullerus.*

Sequens ab eodem magnopere commendatur. ℞ myrrhæ pulv. ℥ ſſ. Croci ℥ ſſ. cum ſucco mercurialis & parvo melle f. peſſus.

LUES VENEREA.

Saponaria, Soapwort. Decoctum hujus per aliquod tempus ſumptum, multum commendat *Septalius.* Uti etiam *D. Bowles* ſi addantur beben. alb. & Scorodonia. *Raius.*

LUMBRICI.

Abrotonum, Southernwood. Pulvis ſeminum, vel Herbæ ſiccatæ pueris exhibitus, multum valet. *Schroderus, Etmullerus.*

Bryonia Alba, White Bryony, or Wild-vine. Syrupus ex Radicis ſucco (per reſidentiam depurato) præparatus, ad enecandos & expellendos vermes mire eſt proficuus. *Bartholinus.*

Corallinæ, Sea-Torelline, Craſſiuſcule tritæ pulvis, in Vino, Lacte vel caſſia exhibitus omnes intraneorum vermes necat; pueris ad ℥ ſſ. adultioribus ad ℥ i. exhibeatur. *Raius.* Laudatur etiam à *Sennerto.*

Coriandrum, Coriander. Sem. Vino macerata, & colatura mane epota multum conferunt. *Morriſonus.*

Filix Fœmina, Common Fern. ℞ Rad. pulverizat. ℥ i. detur in vehiculo idoneo *Raius.* Vel,

Aq. ex planta deſtillata eadem præſtat. Vel,

℞ Pulv. Herbæ ſiccat. q. v. infantibus detur ℥ ſſ. ſenioribus ℥ i. adultis ℥ iij. in hauſt. aq. galeg. vel alio vehiculo. *Sennertus,*

Galega, Goats Rue. Succus ad ℥ ſſ. epotus, optimum eſt Remedium. *Morriſonus ex Bayro.*

Gramen Caninum, Dogs-graſs. Farina Radicum verno tempore collect. & ſiccatarum commendatur a *D. Bowles.* Vel,

Decoctum radicum multum laudatur à *Bartoleto.*

Gramen Commune, Common Graſs. Aq. ex gramine hoc contuſo deſtillata, experimentum eſt *Stockeri.*

Hypericum, St. John's-wort. Pulvis ſummitatum in brodio exhibit. vel cataplaſma ex iiſdem applicatum vermes necant & extrudunt. *Quercetanus.*

Portulaca, Purſlain. Pulv. ſeminum vel aq. ex tota planta deſtillata mire proſunt. *Baricellus.*

Tanacetum, Tanſy. Conſerva ſive ſyrupus ex Herba præparatus, & mane per aliquot dies jejuno exhibitus præſtantiſſimum eſt Remedium. *D. Bowles.* Vel,

Pulv. ſeminum à ℈i. ad ℥i. quocunq. modo uſurpatus, multum valet; uti etiam aq. ex planta deſtillata. *Etmullerus.*

Zedoaria, Zedoary. ℞ Pulveris Radicis à ℈i. ad ℥i. detur in hauſtu Vini mane, vel imminente paroxyſmo. *Stockerus.*

Optimum vero Remedium & magno jam in uſu eſt Æthiops mineralis ſine igne; in libello de morbis acutis infantum à Cl. Dom. Doct. Harris, hoc modo deſcriptum.

* ℞ Hydrargyri opt. part. 4. florum Sulphuris part. 3. agitentur in mortario vitreo donec omnes globuli mercuriales penitus evaneſcant, & maſſa redigatur in pulverem fuſcum tenuiſſimum qui paululum aſſervatus, nigreſcit. Doſis pro Ætatis ratione præſcribenda, etiamſi qualicunq; quantitate vel quotieſcunq; ſit exhibita ſalivationem nunquam provocat.

M.

MAMMARUM ABSCESSUS.

Fabæ, Beans. *Mentha*, Mint. ℞ Farinæ fabarum part. ij. Menthæ criſpæ pulv. p. j. excipiantur cum butyr. recentis q. ſ. ad unguent. conficiend. eoq; tepide inungantur. *Stockerus.*

——CANCER.

Poma, Apples. In promptu ſit aqua ex pomis putridis deſtillata; lintea in hac aqua imbuta, & quadruplicata, tepide mane & ſero applicata, ægras hiſce ulceribus miſere cruciatas potenter relevabunt. *Smuchius, Etmullerus.*

Solanum Lethale, Deadly Night-ſhade. Hujus folia mammis cancroſis impoſita, earum duritiem emolliunt, & tumores cancroſos diſcutiunt, & ſanant.

Secretum nunquam proditum niſi à *D. Percivallo Willoughby Med D. Raius*

Solanum, Night-ſhade. Hæc planta experta eſt in cancro curando, tam occulto, ſeu nondum ulcerato, quam exulcerato; quem tamen non quidem perfecte & abſolute curat, ſed palliative tantum; unde Herba ipſa cataplaſmatis formâ applicata, vel ſuccus ejus, vel unguent. ex Herba præparatum multum conferunt. *Etmullerus.*

——DOLORES.

Fabæ, Beans. Unguentum in abſceſs. memoratum, dolores mammarum ſtatim ſedat. *Stockerus.*

Fraxinus, The Aſh-tree. Hujus folia decocta, & contuſa, & calide admota omnes dolores compeſcunt. *Ætius.*

——DURITIES.

Chærophyllum, Chervill. Folia contuſa, & cataplaſmat. forma calide admota duritiem ſolvunt. *Raius.*

Solanum Lethale, Deadly Night-ſhade. Folia (ut in cancro) uſurpata duritiem emolliunt. *Raius.*

—— INFLAMMATIO.

Plantago, Plantain. Succus tepefactus & illitus curat. *Stockerus.*

Sambucus, Elder. ℞ Fol. ſambuci q. v. calefiant in patellâ, & ubi ſudare incipiant imponantur. *Ibidem.*

—— LAXITAS.

Alchimilla, Ladies Mantle. ℞ Fol. contuſorum, q. ſ. f. in aq f. decoctum forte.

Lintea hoc decocto madefacta & mammis ſuperimpoſita laxas, duras ſolidaſq; reddit. *Raius. Etmullerus.*

Cichoreum, Succory. Succus Cichorei tepide illitus eadem præſtat. Expertum.

Cicuta, Hemlock. ℞ Foliorum tenerrimorum q. v. contunde & tepide applicentur mammis, repetendo ſemel in die. *Boyl.*

—— TUMORES.

Fraxinus, The Ash tree. Hujus folia (ut in doloribus Mammarum) uſurpata, tumores mirifice diſcutiunt. *Ætius.*

Rapa, Turnep ℞ Radisum ad mollitiem coct q. ſ. & cum momento axungiæ porcinæ f. cataplaſma, bis in die calide applicandum. *Boyl.*

MANIA.

A *Nagallis flore Purpureo*, Pimpernel. Præmiſsâ unâ vel ſecundâ vomitione,

℞ Decocti foliorum & flor. hujus q ſ. capiat ℥ 4. ter in die, ſpecificum eſt & commendatum ab *Etmullero, Hartmanno, Williſio, Sennerto, & Quercetano.*

Bryonia Alba, Wild Vine, or Bryony. ℞ Pulveris Radicis ſiccat. ℈ i. Lactis vaccini ℥ 5 vel 6. m. capiat mane cum regimine. Vel,

℞ Radicis ejuſdem recentis ℥ ſſ. vel ℥ 6. infunde per noctem in Vini alb. ℥ 4. colaturæ adde ſyrupi violarum ℥ i. m. f. potio. *Sydenham.*

Buxus, Box. *Lavendula*, Lavender. ℞ Foliorum N°. 9. incidantur in particulas minimas, & (præmiſſis præmittendis) exhibeantur ex aq. vel decocto Lavendulæ

vendulæ, & bis vel ter repetatur, ut eliciatur ſudor. *Sennertus. Hoffmannus.*

Hypericon, St. John's wort. Tinctura florum ut in pharm. auguſtan. deſcript. vel alio modo paratum prodeſt. *Sala Gremb. Needham.* Vel,

Cap. æger ℥ 4. decocti ſummitatum ter in die. *Willisius.*

MANUUM DEBILITAS.

ROſmarinus, Roſemary. ℞ Summitatum hujus q. ſ. contund & inde formetur pila magnitudinis aurantii minoris, quæ invicem teneatur in manibus, quolibet die, donec incaleſcat, ſæpeq; repetatur donec convaluerit. *Boyl.*

—— RIMÆ.

Tanacetum, Tanſy. Succus manibus illitus, earum rimas ſanat. *Raius.*

—— TREMOR.

Arthemiſia, Mugwort. Foveantur manus, mane & ſero decocto Arthemiſiæ.

Hypericon, St. John's wort. Flores quocunq; modo uſurpati plurimum valent, præſertim ſi ex iis ſequens extrahatur Tinctura.

℞ Fl. Hyperici ſiccat. & pulv. q v S.V. vel S. Aq R. q. ſ. ſtent in loco tepido (ut extrahatur Tinctura) in vaſe probe clauſo per octiduum, bis terve in die vas agitando. Colaturæ claræ adde ſacchari albiſſimi q.ſ. ad gratiam. Doſis ſi cum Sp. V. paretur ab ℥ ſſ. ad ℥ iſſ vel ℥ ij. in ſenibus; ſi vero cum Sp. Aq. R. à ℥ ij. ad ℥ vi. Exhibeatur mane in vehiculo idoneo. *Deckerus. Zwelfer.*

MELANCHOLIA.

Linopodium majus, Great wild Bafil. Fiat decoctum Herbæ in Vino, colaturæ exhibeatur cyathus mane, à meridie & veſperi. Specificum eſt. *Hoffmannus.*

Hypericon, St. John's wort. Tinctura flor. ut in tremore Manuum deſcripta) experta eſt ſapp. ad

D. Needham. Uti etiam in mania à *Sala Grembs.*

IN MEMORIÆ IMBECILITATE.

Pharm. Auguſtana.

MENSIUM FLUXUS NIMIUS.

Alchimilla, Ladies Mantle. Decoctum Herbæ in Vino & epotum multum valet. *Schroderus. Hoffmannus.*

Anagallis Flore Phœniceo, Pimpernel. ℞ Herbæ recent. m j appendatur ſcrobiculo cordis. Vel,

℞ Ejuſdem m.ij. teneantur in manibus donec incaleſcat; omnem ſanguinis fluxum compeſcet. *Smuchius de curat. mag. magn.*

Biſtorta, Biſtort, or Snake-weed. Radices quocunq; modo uſurpat. magni ſunt uſus, præcipue ſi earum pulv. cum conſ. roſarum miſceatur. *Raius.*

Burſa Paſtoris, Shepherds Purſe. Decoctum hujus vel ſuccus ejuſdem propinat. eximii ſunt uſus. Vel,

℞ Herbæ recent. q. ſ. contund. & cataplaſmat. forma pubis regioni applicetur. *Etmullerus.*

Caſtaneæ, Cheſs-nuts. ℞ Corticis interioris rubentis (quæ corticem fructumq; diſcernit) ſiccat. & pulverizat. & pulv. ramentorum eboris ana ℥ ij. m. f. pulv. pro duobus doſibus in Vino auſtero propinandus. *Raius.*

Ebulus, Dwarf-Elder. Radix hujus rubicunda (non cortex ejus) verno tempore colligatur, & probe ſiccetur.

℞ Radicis ita ſiccatæ & pulv. ℥ ſſ. vel ℈ ij. Detur in Vino auſtero A dmirandæ eſt efficaciæ. *Hoffmannus.*

Lamium Rubrum, Red Archangel. Decoctum hujus ſpecifice celebratur, vel flores in formâ Thee uſurpati. *Raius.*

Millefolium, Yarrow. Infuſio hujus in aq. f. fact. & ter in die exhibita; viz. mane, 4. pomeridianâ, & cubitum ituræ, maxime laudatur ab *Hoffmanno.*

Nymphæa, Water-Lilies. Rad. ſeu ſemina in Vino nigro cocta, & pota eas curaverunt quæ de omni auxilio deſperarunt. *Raius.*

Pim-

Pimpinella Sanguiſorba, Burnet. Non datur præſentius Remedium, quam decoctum hujus Herbæ in aq. f. vel Vino factum, & ter in die epotum. *Morriſonus.*

Plantago, Plantain. Succus hujus tum interne ſumptus, vel in vaginam uterinam injectus, uſus eſt egregii. *Foreſtus. Etmullerus.* Vel,

Urticæ, Nettles. ℞ Fol. plantaginis & urticarum ana q. ſ. contund. & exprimatur ſuccus, cujus capiat cochlearia 4. vel 5. ſæpiuſcule vel ad libitum. *Sydenham.*

Viſcus Quercinus, Mistleto of the Oak. Hic pulverizatus, & ad ℥i. in ovo ſorbili exhibitus, ſi non primâ vice, certe ſecundâ vel tertiâ nimium uteri fluxum compeſcit. *Etmullerus.*

Urticæ, Nettles. ℞ Succi urticarum ℥ 5. vel ℥ 6. exhibeatur & repetatur ſexta quaq; horâ: Interea.

℞ Farinæ triticeæ q. ſ. ſubigatur cum ſucco urticæ, & f. cataplaſma parti Hypogaſtricæ applicandum. Hac methodo egenam ſemi-mortuam fœliciter curavit *D. Simeo Jacoz. in obſ. Riverio communicat.* Vel,

℞ Fol. urticæ contuſorum & in ſartagine calefactorum q. ſ. & pubi cataplaſmi forma applicentur. *Etmullerus.*

——SUPPRESSIO.

Angallis Aquatica, Brook-lime. Succus hujus, vel ſyrupus ex ſucco fact. uſus eſt egregii. *Raius.*

Aquilegia, Columbine. Semina ſive in pulvere, ſive in emulſione, aut aliquo alio modo uſurpata, multum valent. *Tragus.*

Borrago, Borage. ℞ Conſer. Borrag. ℥i. nucis moſchat. gr. vi. exhibeantur in Vino albo mane jejunanti. *Etmullerus.*

Calamintha, Calamint. Decoctum intus ſumptum, vel externe fotus forma pubis regioni admotum, certum eſt Remedium. *Schroderus. Etmullerus.*

Calendula, Marygold. Conſerva florum ad ℥ij. per multos dies aſſumpta laudatur à *Riverio.* Vel,

Syrupus ex floribus præparatus, vel ſuccus, vel decoctum Herbæ eaſdem habent virtutes. *Etmullerus.*

Centaurium,

Centaurium, Centory. Decoctum cum Vino, vel aq. factum magni eſt uſus. *Stockerus.*

Chamædrys, Germander. Decoctum Herbæ in Vino, mire prodeſt. *Stockerus.*

Chamæmelum, Chamomil. ℞ Foliorum (vel potius florum ſiccat.) m.i. coq. in aq. font. q ſ. ad ℔i. leni ebullitione.

Colaturæ capiat ℥ iij. tepide ter in die & nobile habebis Remedium, præcipue ſi uterus doloribus afficiatur.

℞ Foliorum Chamæmeli m.ij. vel iij. coq. ad mollitiem contundantur, & fiat cataplaſma calide regioni pubis applicandum. *Etmullerus.*

Cyanus major, Great Blue Bottles. ℞ Florum cœruleorum, & ex his fiat infuſio ſive decoctum in Vino vel aq. f. colaturæ capiat hauſtum tepide mane & 4. pomeridianâ. *Ibidem.*

Elleborus niger, Black Hellebore. ℞ Ellebori nigri groſſe pulv. ℈i. excipiatur nodulo ſerico, & f. peſſus, ſubinde renovand. ſed non diu retinend. ne partem exulceret. *Deckerus.*

Leviſticum, Lovage. Folia comeſta optime valent, nam mulieris cujuſdam perterritæ menſes ſuppreſſi, revocabantur eſu fol. hujus plantæ, eoſq; potuit hoc remedio quandocunq; movere. *Gabelchoverus.*

Majorana, Sweet Marjoram. *Matricaria*, Feaverfew. *Mercurialis*, Mercury. ℞ Foliorum harum à ſtipitibus liberatorum ana q. ſ. contundantur & ſerico vel ſyndoni raro incluſor. f. peſſus mire efficax. *Stockerus.*

Marrhubium, Horehound. ℞ Summitatum hujus ſiccatar. mſſ. Vini albi ℔ſſ. infundantur per noctem frigide, mane propinetur jejunæ, & repetatur per tres vices. Elegans eſt Remedium & laudatum ab *Hoffmanno.*

Matricaria, Feaverfew. ℞ Foliorum q. ſ. contundantur & indentur linteo pro peſſorio calide immittend. *Schroderus.*

Mercurialis, Mercury. Hæc planta per ſe contuſa, & (ut ſupra) peſſûs formâ uſurpata, celebratur ab *Etmullero.*

Piaſt inuen.

Paſtinacæ, Parſneps. ℞ Sem. hujus q. ſ. coq. in Vino, & exhibeatur mane colatura, mire provocat menſes. *Stockerus.*

Pulegium, Penny-royal. Infuſio ſive decoct. crebrius uſurpatur, vel imponatur Herba recens calceis ægrotæ & ambulet; mira præſtat. *Gabelchoverus.*

MICTUS CRUENTUS.

Agrimonia, Agrimony. Decoctum hujus in aq. vel Vino, egregium eſt ſpecificum. *Etmullerus.*

Burſa Paſtoris, Shepherds Purſe. Herba minutim inciſa, vel contuſa in Vino vel aq. cocta, eximii eſt uſus. *Etmullerus.*

Smuchius in curat. mag. magnet. affirmat, quod herba tantum in manu detenta ſanguinem undequaq; manantem ſiſtet.

Calamintha, Calamint. Decoctum calaminthæ, mictum cruentum certo curat. *Etmullerus.*

Chamæpytis, Ground-pine. Decoctum hujus eaſdem præbet virtutes, teſte *Poterio.*

Conſolida major, Great Comfry. ℞ Florum conſolidæ major. q. ſ. coq in Vino, & detur colaturæ hauſtus bis in die. Nobile eſt Remedium. *Raius.*

Equiſetum, Horſe-tail. Hujus decoctum multum laudatur à *Riverio.*

Millefolium, Yarrow. Decoctum intus ſumptum, magni eſt uſus, nam egregie conſolidat. *Etmullerus.*

Infuſio Millefolii in aq calid. fact. & ter in die exhibita, optimum eſt Remedium *Hoffmannus.*

Plantago, Plantain. Succus ad ℥ 4. mane & ſero exhibitus, ſpecificum eſt. *Riverius. Etmullerus.* Vel,

Syrupus ex ſucco cum ſaccharo præparatus quaſi ſpecificum expertum eximium laudatur, ab *Hoechſtetero.*

Polygonum, Knot-graſs. Decoctum ex Herba contuſa multum valet. *Riverius.*

Portulaca, Purſlain. Quocunq; modo uſurpata ſive in decocto, ſucco, vel ſyrupo, maxime commendatur à *Riverio & Etmullero.*

Rubus,

Rubus, The Bramble, or Black-berry Bush. Decoctum cymarum mane & ſero epotum mire prodeſt. *Riverius.*

Urtica Rubra, Red ſtinging Nettles. Succus hujus depuratus multum valet, præſertim ſi cum ſequenti ſyrupo miſceatur ſucci ſcilicet ℥ 4. ad ℥ i. ſyrupi.

℞ Syrup. è ſucco plantag. mororum, Rubi idæi, ana ℥ 4. Syr. corrallorum ℥ 5. cydoniorum, rob de ribibus ana ℥ vi. m. ad uſum. *Theod. de Mayern.*

Obſervationes duas ſequentes inſerere æquum duxi.

Hiſtoria mictus Sanguinis à Renum imbecilitate. Vidi quendam (inquit celeberrimus Autor) annorum circiter 40 qui à retentrici renum imbecillitate, & tum vaſorum, tum parenchymatis laxitate, tantum cruoris fundebat, cum urina, ut corpus macilentum, exſangue & pene tabidum ægerrime traheret, pulſum habens velocem, languidum, & febrilem; eo uſq; res devenerat, refrigerata urinâ, incoctus ſanguis in ea concreſceret albicans & gelatinæ potius quam ſanguini affinis, vano labore aſſumptis & adhibitis omnibus remediis, tandem intra tres quatuorve dies convaluit hauſto quotidie mane, lacte vaccin. recent. mulcto ſupra ramum Menthæ rubræ, eoq; calente ex animali dulcorato ſatis bonâ quantitate ſyrupi, gelatinæ vel ſapæ cydoniorum & ſyrup. Cinnamomi, vixit ad annos 12. perfecte curatus, nomine *Chambers.*

Altera mictus Sanguin. a calculo. Quidam in paroxyſmis nephriticis, & etiam extra proxyſmos, urinas ſanguinolentas fundere ſæpius ſolitus, à muliere quadam (poſt plura à pluribus medicis fruſtra tentata) intra decem dies perfecte curatus eſt ſequenti methodo.

℞ Bonam quantitat. Herbar. virid. plantag. centinod. burſæ paſtoris, hyperici, conciſis affundatur in veſica cuprea, vel ſtanneâ, magna quantitas lact. vacc. recenter mulct. f. deſtillatio, & reſervetur aq. ad uſum.

℞ Hujus aq. ℥ 5. vel 6. ſyrup. Althææ vel ſymphyti ℥ i. m. cap. ter in die, viz. mane, horâ quinta pomerid. & horâ ſomni, per 10. 12. vel 15 dies. N. B. in organis comm.

comm. deſtillari poteſt,& Herbæ ſiccatæ in viridium loco ſubſtitui poſſint, ſi vere vel æſtate præcedente colligantur & probe ſiccentur. *Mayern.*

MORBILLI.

Aquilegia, Columbine. ℞ Pulv. ſeminum à ℥ ſſ. ad ℥ i. exhibeatur in Hydromel. aq. fumar. vel aq; Cardui Benedict. multum commendatur à *Simon. Paulo.*

Videatur ſub Icteri titulo tinctura elegans ex floribus Aquilegiæ præparata & in morbillis valde efficax.

MORBI CUTANEI.

Lapathum Acutum. Sharp-pointed, or Common Dock. Decoctum forte radicis, in lotionis vel fomentationis forma uſurpatum mirifice prodeſt. *Etmullerus.*

MORBUS REGIUS; *vide* Strumæ.

MORSUS CANIS RABIDI.

Alyſſum Dioſcorid. Madwort, or Moonwort of Dioſcorides. Quocunq; modo uſurpat. commendatur ad Hydrophobiam à *Sennerto.*

Carduus Mariæ, Ladies Thiſtle. ℞ Seminum pulveriz. ℥ ij. dentur ex Vino & promoveatur ſudor. *Lindanus.*

Cæpa, An Onion. *Ruta*, Rue. Cæpa cum Ruta, ſale, & melle, contuſa, multum prodeſt. *Morriſonus.*

Centaurium minus, Centory. Summitates & flores probe ſiccat. & pulv. vel decoctum eorundem ſpecifice curant. *Raius.*

Cynorrhodon, Dog-roſe. Radix hujus uſurpata, certum eſt Remedium. *Baricellus.*

Pimpinella, Burnet. Herba quocunq; modo per dies aliquot exhibita mane, curat. *Maroldus.*

Salvia, Sage. Virum quendam ſexagenarium, qui à cane rabid. in Manus parte ſuperior morſus erat, ſequenti methodo curavi. ℞

℞ Fol. ſalviæ rubræ m i. contundantur cum pauco ſale & aceto ad cataplaſmatis formam quod parti affectæ applicandum.

Bis repetendo convaluit ſine ullo alio Remedio.

——SERPENTUM.

Allium, Garlick. Intus ſumptum, vel extus contuſum, & parti applicatum, expertum eſt Remedium ad viperarum morſus.

Fœniculum, Fennel. Decoctum ſeminum bibitum curat. *Morriſonus.*

Galega, Goats-rue. Succus epotus, & Herba contuſa & applicata, certum eſt Remedium. *Morriſonus.*

Marrhubium, Hore-hound. Extus applicetur Herba contuſ. intus ſumat cochl. i. vel ij. Syrupi. *Boyl.*

N.

NAUSEA.

Rubus Idæus, Raſberry. Qui cibos in ventriculo continere nequeant, & frequentibus vomitionibus infeſtantur. His Fructus rubi Idæi devorat, & folia recentia tuſa, & ſtomacho impoſita, mire proſunt. *Tragus.*

NERVORUM AFFECTUS IN GENERE.

Betonia, Betony. *Chamæpytis*, Ground-pine. *Scorodonia*, Wood-ſage. Pſeudo-thea ex harum foliis confecta, ſaccharo edulcorata, & calide pota, mire proderſt. *D. Bowles.*

Salvia, Sage. Pſeudo-thea etiam ex hâc plantâ præparatâ, non ſolum in hoc, ſed in aliis morbis multis laudibus commendatur à *D. Richardo Carr in Epiſt. medicin. pag.* 32.

——CONTRACTIO ET DURITIES.

Roſmarinus, Roſemary. ℞ Hujus m. vi coq. in lixivii fort q. ſ. ad medias, colaturâ calidâ foveatur pars affecta. *Stockerus.* *Mal-*

Malva, Wallows. Byrſeum quendam magnâ brachii contractione laborantem, curavi cum decocto forti malvæ quo mane & ſero fotûs forma utebatur.

—EXTENSIO Anglice Dict.
A Strain or Sprain.

Abſynthium, Wor mwood. ℞ Comarum à ſtipitibus liberatar. q. v. contund. & cum aq. albuminum ovorum (longâ agitatione factâ) formetur cataplaſma parti dolenti calide applicandum. *Boyl.* Vel,

℞ Comarum recentium q. ſ. coq. in cereviſia fort. ad cataplaſmatis conſiſtentiam, contundatur cum ſpir. Vini cochlear. uno vel altero, & calide parti admoveatur. *Ibidem.*

Furfur, Bran. ℞ Furfuris triticei q ſ. coq. in aceto ad pultis formam & calide parti applicetur. *Ibidem.*

Roſæ Rubræ, Red Roſes. ℞ Roſarum rubrarum exungulat. & ſiccatarum m. i. coq in Vini rubri ℔i. parum. Hujus colaturâ imbuantur panni lanei vel lintei & calide (liquore expreſſo) parti applicentur. *Ibidem.*

O.

OBESITAS.

FOEniculum, Fennel. Herba tota juſculis & forbitionibus incocta, ad corpus obeſum extenuandum utilis eſſe perhibetur. *Raius.*

Fraxinus, The Aſh tree. Sem. hujus (linguæ avium dict.) pulverizat. & ſæpe ex Vino Rhenano exhibita, laudantur à *Ferdinando.*

OCULORUM ÆGYLOPS.

Ruta, Rue. Folia à ſtipitibus liberata, contundantur & cataplaſmatis formâ applicentur. *Alexand. Trallianus.*

Sorbi, Serviles. Contuſi & pultis formâ applicati, inſigne faciunt Remedium. *Arnold. Weickard.*

—— ALBUGO.

Horminum, Clary. Semen unum hujus oculo imponatur,

natur, hora ſomni, eumq; à ſordibus purgabit & abſterget. *Riverius.*

Fœniculum, Fennel. Inſtilletur in oculum quicquid de ſucco hujus, & valde erit proficuum.

Plura vide ſub Titulo Maculæ. Adde ſi placet guttulam Balſami Peruviani. *Ibidem.*

—— CALIGO.

Betonica, Betony. Fiat hujus decoctum, eoq; tepido foveatur oculus mane & ſero. Expertum.

Enula Campana, Elfcampane. Radix inciſa & in Vino infuſa, & colatura clara epota mane jejuno ſtomacho, viſum mirabiliter acuit. *Stockerus. Raius.*

Euphraſia, Eye-bright. Quoquo modo ſumpta, multum conducit. *Raius.*

℞ *Ruta*, Rue. ℞ Succi Rutæ depurati p. ij. mellis deſpumati p. i. m & inſtilletur guttula una vel altera in oculum, mane & ſero. Expertum.

Sequens medicina in Pharmacop. Bateana multum laudatur, in caligine & ad viſum acuendum & pulvis cibarius dicitur.

℞ *Euphraſia*, Eye-bright. ℞ Summitatum hujus ℥ iij. ſem. fœniculi, Cinnamoni, Macis a. ℥ i. m. f. pulvis, cui adde ſalis menſalis albiſſimi ℥ viij. ſumatur cum omni cibo. *Phar. Bateana.*

—— CATARACTÆ.

Euphraſia, Eye-bright. ℞ Summitatum ſiccat. ℥ ij. Macis ℥ ſſ. m. f. pulv. mane ad ℥ ij. exhibendus, præmiſſis præmittendis. Multum valet & pulvis elidæi vocatur, à *Fuchſio*, & *Maroldo.*

—— EPIPHORA.

Cydonius, The Quince tree. ℞ Foliorum Cydonii vere collect. integrorum, illæſorum, & ab omni corruptione præſervatorum m. i. coq. in aq. puriſſimæ q. ſ. & collatura humectentur & irrorentur oculi. *Et mulleri.*

—— FISTULA.

Betonica, Betony. Folia probe ſiccata & pulv. & ad ℥ i. quolibet mane in vehiculo idoneo exhibita, cum fructu ſæpe uſurpantur.

——IMBECILITAS.

Euphrasia, Eye-bright. Herba siccata pulverizetur & cibis inspergatur. Coquatur etiam in jusculis, & sacculus Herbæ concisæ infund. in cerevisia mensali pro potu ordinario. *Stockerus.*

Hic etiam valet pulv. cibarius vel pulvis in cataract. memoratus. Vel,

℞ Euphrasiæ, m.i. & in vasi idoneo impositæ affunde, aq. f. ebullientis ℔ij. & post unam vel alteram ebullitionem infunde per horæ quadrant. liquor clarus Thee, modo sumatur. *Boyl.*

Enula campana, Elecampane. Vinum cum hac paratum, ut supra scriptum usus est eximii. *Raius.*

Horminum, Clary. ℞ Aquæ Hormini optime destillat. q. s. cap. cochlear. 2. vel 3. quolibet mane & sero, aut per se vel saccharo edulcorat. & eodem tempore foveantur oculi eadem aq. tepida sine edulcorat. *Boyl.*

——LIPPITUDO.

Poma Sylvestria, Crabs. Succus pomorum sylvestrium instillatus specifice sanat. *Raius.*

——MACULÆ.

Chamæmelum, Chamomile. *Cicuta*, Hemlock. *Ruta*, Rue. ℞ Foliorum harum, a. m.i. salis marin. cochl. ij. fermenti panis q. s. & f. epicarpia ad siccitatem gestanda. *Boyl.*

Chelidonium majus, Great Celandine. ℞ Succi hujus & mellis despum. ana part. æq & instilletur gutta una vel altera mane & vesperi in partem affectam. *Ibidem.*

Ruta, Rue. Mulier quædam infimæ sortis maculam habebat in oculo, cui consilium dedi ut bis in die succi Rutæ guttam unicam, in oculum instillaret, quod cum satis diu continuasset macula protinus absumpta est. *Formius in observ. Riverio communicat.*

——NEBULÆ.

Betonica, Betony. ℞ Fol. siccat. & pulv. ʒi exhibeatur ex hausta aq. simpl. ejusd. vel ex aq. Euphragiæ,

quolibet mane, vel Pseudo-Thee ex floribus Betonicæ in aq. f. facta nobilissimi est usus. Expert.

Juniperus, Juniper. ℞ Granorum Juniperi tempore debito coll. q. v. infundantur in aceto hor. iiij. vel v. deinde exsiccentur, & postea mane de eis masticetur, & sic masticando dimittatur fumus ad oculos, tenendo manum ante faciem, ita quod vapor & odor oculos intret. *Stockerus.*

—OPHTHALMIA.

Absynthium, Wormwood. ℞ Summitatum hujus q. s. contund & misceantur cum ovi albumine ad pultis consistentiam, & tepide applicetur. Expertum. Vel,

℞ Summitatum tenerrim. Absynthii minutim incisarum q. s. iisq; impleatur pomum i. acido dulc. per med. dissect & excavatum; ligatura uniantur partes dissectæ, & assetur pomum ad mollitiem, contund. simul ut f. pultis oculo applicand. *Boyl.*

Cyanus, Blew-bottles. Aq. ex floribus destillata multum commendatur. *Raius.*

Erica, Heath. Tum succus, tum aq. fl. destillata, oculorum ruborem tollit. *Ibidem.*

Holosteum, Stitchwort. Folia contusa, vel succus, vel aq. destillata multum prosunt. *Ibidem.*

Poma Dulcia, Sweet Apples. Assata & cataplasmatis formâ tepide oculis applicata, magni sunt usus. *Etmullerus. Timæus.* Vel,

℞ Poma dulc. n°. iij. coq in aq. f. (vel potius in aq. Euphras. & Fœniculi ana) ad mollitiem, trajiciantur per setaceum, pulpæ trajectæ adde album ovi unius, sacchari albissimi ℥ij caphuræ gr. xij croci gr. v. m. f. cataplasma hora somni applicandum. *Sculteius.*

Poma vocat. Pear-mains, or Pippins. *Rosmarinus*, Rosemary. ℞ Pulpæ horum putridorum (si vero putrida non in promptu sint accipiatur pulpa solidorum) ℥ij summitatum Rorismarini ℥i. m. & contundantur ad cataplasmatis formam & tepide applicetur. *Boyl.*

Ruta, Rue. *Salvia*, Sage. ℞ Fol. horum ana m i. farinæ triticeæ cochl. j. Album ovi unius (agitatione crebra

bra in aquam redacti) & incorporentur & extendantur ſuper alutam tenuem, vel ſericum nigrum ad ſolidi magnitudinem & temporibus admoveantur. *Ibidem.*

Sedum majus, Houſleek, or Sempervive. ℞ Sedi recent. q. ſ. contundatur & extendatur ad ſemi coronæ craſſitiem, ſuper linteum rarum & oculo affecto alligetur; repetatur ſi opus fuerit. *Ibidem.*

—— SUFFUSIO

Anagallis Aquatica, Brook-lime. Succus hujus in oculum inſtillatus, multum valet. *Riverius.*

Anagallis mas, Malt-Pimpernel. Succus cum melle miſtus & in oculum etiam inſtillatus valde efficax. *Raius.*

Euphraſia, Eye-bright. Quocumq; modo uſurpata, conducit. Vide præparation. ejus ante memoratas. *Raius.*

Roſmarinus, Rotemary. ℞ Fl. q. ſ. impleatur ampulla vitrea, quæ probe obturata, & ſoli merid. expoſita oleoſum præbebit humorem, quo oculi penna illinantur. *Riverius.*

— SUGILLATIO.

Hyſſopus, Hyſſop. ℞ Summitatum Hyſſopi tritarum m.i. inſeratur ij ſacculis linteis, qui in aq. vel Vini momento cocti, viciſſim calide oculis ſugillatis admovend. ſunt, & quaſi viſibiliter ſanguinem congrumatum reſolvent. *Sennertus. Riolanus.*

OPII NIMIA ASSUMPTIO.

Artemiſia, Mugwort. Succus vel decoctum Artemiſiæ, præſtantiſſima ſunt Remedia iis qui nimiam opii doſin ſumpſerunt. *Raius.*

ORIS FOETOR.

Berberis, Berberry-buſh. ℞ Corticis hujus q. v. coq. in Vino vel aq. eoq; lavetur os ad ulcera oris etiam multum valet. *Stockerus.*

—— SCORBUTUS.

Cochlearia, Scurvy-graſs, *Salvia*, Sage. ℞ Succorum ana & m. iiſq; utatur æger. Vel,

Infusio vel decoctum plantarum eadem præstat. *Lindanus.*

Sedum minimum acre, Wall-Pepper, or Stone-crop. Multum laudatur. *Raius ex Ephem. Germ.*

ULCERA

Plantago, Plantain. Fiat decoctum ex foliis eoq; colluatur os sæpe in die & ulcera sanabuntur. *Ruiandus.*

ORTHOPNOEA.

Bellis major, Great Daisy, or Ox-eye. Herba integra (viz caules, fol. & flor. in Zythogalo cocta, & pota) insigne habetur Remedium; syrupus ex iisdem confectus ad eandem valet. *Raius.*

Calamintha, Calamint. Decoctum hujus cum Hydromellite fact valde proficuum est. *Etmullerus.*

Raphanus, Radish. ℞ Radicum Raphani in taleolas sectarum q v. f. cum saccharo purissimo S. S. S. inter duas patinas, ut liquescat saccharum; postea exprimatur succus, & potentissimum habebis Remedium. *Etmullerus.* Vel,

℞ Rad. ut ante præparat. f. cum saccharo S. S. S. in vase argenteo, sive vitreo, vel vitreato, bene obturetur vas & stet tam diu in leni MB. donec molleseant radices, & liquatur saccharum, ubi refrixerint exprimatur succus qui per residentiam depuratus servetur usui. Expertum.

Urtica, Nettles. Rad. Urticæ magn. in Vino & melle coct. insigne est Remedium. *Raius.*

Xyris, Stinking Gladwin. Pulvis Radicum hujus utilissimus est. *Bowles.*

P.

PARALYSIS.

Abies, Fir-tree. ℞ Summitatum q. s. & sacculo inclusæ suspendantur in cerevisiâ pro potu ordinario. Vel,

Ex

Ex turionibus in aq calida infusis f. Pseudo-Thea, & utatur horis medicinalib. Hæc in Paralysi scorbutica fœlici cum successu bis expertus sum. Vel,

China, China-roots. ℞ Turionum abiet. ℥ iss. Rad. Chinæ incis. ℥ i. incisa & contusa coq in cerevisia, & aq ad mediet. consumptionem. Decoctum coletur & bibatur bis quotidie, expectando præsertim mane blandum sudorem *Drawiz. de Scorbuto.*

Betonica, Betony. *Juniperus*, Juniper. Decoctum Betonicæ cum baccis Juniperi, eodemq; modo potum multum laudatur. *Ibidem.*

Lavendula, Lavender. ℞ Florum & foliorum Lavendulæ m.ij. coq. in aq. f. ℔ij. ad ℔iss. capiat æger ℔ss mane & sero per septimanam & curabitur.

Rosmarinus, Rosemary. Decoctum hujus magni est usus, præsertim si paralyticus sudaverit singulis vel alternis diebus, uti vires ferant. *Etmullerus.*

Rosmarinus in pilas formatus uti in manuum debilitate describitur, hic etiam valet.

PARAPLEGIA.

Assafras. Decoctum sive Pseudo-Thea ex Radice præparatum, magni est usus. Vel,

Helenium, Elecampane. *Rosmarinus*, Rosemary. Decocto addantur Helenii Rad uti etiam fol. & fl. rorismarini, quæ huic morbo multum conducunt. *Etmullerus.*

PARONYCHIA.

Lamium Flore Albo, White Archangel. Herba in Vino coct. contusa, & parti applicata, rumpit & sanat. *Stockerus.*

Sedum minus, Prick-Madam, or Stone-crop. ℞ Hujus q. s. contunde, & tepide parti dolenti admoveatur. *Ibidem.*

Telephium, Orpine. Herba sub cinerib. tosta, & cum adipe suilla mista, & impolita, paronychias egregie sanat. *Raius.*

Cataplasma

Cataplaſma ſequens quia facile parabile, & multum laudatum inſerere haud erit ingratum.

℞ Vitell. ovi unius, coq; miſce, reſinæ com. tenuiſſime pulv. q. ſ. ut fiat cataplaſm. cui tandem adde Balſam. Peru gutt. vi vel viij. & parti dolenti applicetur. *Pharmac. Bat.*

PARTUS DIFFICILIS.

Anethum, Dill. Decoctum Anethi potum, partum adjuvat. *Morriſonus.*

Aquilegia, Columbine. Semina Aquilegiæ tenuiſſime pulver. & ex Vino ſumpta maxime commendatur. *Hoffman.*

Artemiſia, Mugwort. Quocunq; modo uſurpetur, uſus eſt eximii. *Hoffman. Raius.*

Betonica, Betony. ℞ Foliorum Betonicæ à ſtipitibus liberat. & optime ſiccatorum ℥i. pulverizentur tenuiſſime & exhibeatur ex hauſtu Vini albi. Magno cum ſucceſſu ſæpius expertum.

Cardiaca, Motherwort. Pulvis, vel decoctum Herbæ difficulter parturientibus exhibita, partum facilitat. *Raius.*

Milium Solis, Gromwell. ℞ Seminum Milii ſolis in pulv. ſubtiliſſim. redact. ℥i. lactis recentis q. ſ. pro hauſtu, detur ægrotæ; eſt experimentum certiſſimum, commendatum à *Freitagio.*

Verbena, Vervain. Herba recens contuſa, cum Vino vel Aqua, & exhibita patienti tepidiuſcule, mirum in modum partum facilitat. Expertum.

A PARTU DOLORES; *vide* Dolor poſt Partum. *31.*

PAVORES INFANTUM.

Aniſum, Anise. Semina aliquo modo exhibita, vel oleumeorum Chymic. egregium eſt Remedium. *Etmullerus.*

REDICULI

PEDICULI ET LENDES.

Cannabis, Hemp. ℞ Sem. Cannabis q. ſ. comburantur, & ex cineribus fiat lixivium, quo mane & ſero abluatur Caput. *Stockerus.*

Cynogloſſum, Hounds-tongue. Radix in taleolas ſecta, & circa collum ſuſpenſa, & tertia quâvis ſeptimana renovata pediculos fugat. *Raius.*

Evonymus, Spindle-tree. ℞ Baccarum hujus q. ſ. craſſe pulverizentur, & capiti pediculoſo inſpergantur, pediculos interimit. *Ibidem.*

Laurus, Bay-tree. ℞ Baccarum Lauri q. ſ. pulverizentur ſubtiliſſime, & cum oleo & aceto ſ. litus, ad pediculos interimend. valde efficax. *Stockerus.*

Hyoſcyamus Luteus, Yellow Henbane ſown in our Gardens, and call'd by us Engliſh Tabaco. Decoctum fol. Hyoſcyami Lutei, infantum pediculos tute necat, ſi eo lavetur Caput. *Jungken.*

Nicotiana, Indian Tabaco, the beſt from Virginia. Decoctum foliorum hujus etiam in adultioribus magni eſt uſus. *Ibidem.*

Pſyllium, Flea-bane. Fiat etiam decoctum ex hac planta, eoq; lavetur Caput. *Stockerus.*

Spica, Lavender. Hujus decoctum lixiviale, ſi eo laventur partes tam capitis quam genitalium & axillarum, pediculos tute & certe curabit. *Etmullerus.*

Angelica ag. Semina contus.

PEDUM CLAVI.

Hedera, Ivy. Aſcindantur clavi lunâ decreſcente, pedibus aliquandiu primum in aqua calida lotis; deinde admoveantur fol. Hederæ contuſa, & ſingulis diebus iteretur Remedium mane & ſero intra quindecem dies clavus extrahitur. *Formius in obſervation. Riverio communicat.*

Raphanus, Radiſh. Lotis pedibus & raſis clavis lunâ decreſcente, ℞ Pulpæ Radicis Raphani momentum, & ex ea inſtilletur gutta 1. vel altera, & clavi evaneſcent. *Hoffmannus.*

Sedum

Sedum majus, Houſleek. Si folia ſedi (detractâ corſice interiori) clavis pedum apponantur, eos ita mollit, ut facile poſſint ſenſim ſenſimq; exſcindi. *Etmullerus.*

— TUMORES.

Geranium Robertianum, Herb-Robert. Herba contuſa, & cataplaſm. formâ applicat. ad pedum tumores à lympha ibi advectâ (ſive craſſa, ſive ſeroſa ſit uti in œdematoſis & hydropicis) Certum eſt Remedium. *Etmullerus.*

PERIPNEUMONIA.

Scabioſa, Scabious. Syrupus Scabioſ. jejuno ſtomacho mane ſumptus, hunc morbum curat. *Stockerus.*

PERNIONES.

Rapum, Turnep. Decoctum ex horum Radicibus egregium eſt ſi eo foveatur pars affecta. *Etmullerus.* Vel,

℞ Rapum excavatum, impleatur ol. Roſarum, aſſetur ſub cineribus & exprimatur liquor, quo inungantur perniones. *Sennertus. Schmitzius. Etmullerus.* Et,

Rapa frigore congelata aliis præferuntur. *Wiſeman.*

Rapa, Turneps. ℞ Corticum ſeu ſegmentorum craſſiorum raporum q. ſ. torrefiant ad ignem donec criſpa ſint, & calide applicentur partibus affectis, & renoventur bis terve in die. *Boyl.*

Raphanus, Radiſh. Ol. Roſ. in hujus Radice excavatâ coctum, & ut ſupra uſurpatum, laudatur à *Schmitzio & Sennerto.*

PESTIS.

Abſynthium, Wormwood. Folia minutim conciſa cum aceto opt. miſceantur, & ſerventur uſui.

℞ Hujus miſtur. cochlear. i. vel ij. injiciatur ſuper laterem ignitum, ut excipiatur vapor.

In præſervatione à peſte multum commendatur. *Willis in Tractatulo de peſte à J. Hemming Linguâ vernaculâ Edito.* Ana-

Anagallis mas, Male-Pimpernel. ℞ Foliorum cum flor. (si haberi possit) m. i. coq; in Vino. Accipiat æger haustum mediocrem, & in lecto se componat probe tectus, ut sudor eliciatur. *Raius.*

Arum, Wake-Robin. Radix pulv. & à ℥ij. vel ʒi. ex Vino exhibit. Remedium est præstantissimum & minime fallax. *Raius ex Trago.*

Calendula, Marygold. ℞ Florum hujus q. v. aceti acerrimi q. s. f. repetitis infusionibus Tinctura elegans, donec acetum colorem croceum acquisiverit.

Tinctura hæc filtrata & singulis auroris cochleatim exhibita multos à peste liberavit. *Bartholinus.* Vel,

℞ Succi Calendulæ ℥ iij. detur ægroto stragulis bene tecto. Remedium expertum *Champegio.*

Carlina, Carline-Thistle. ℞ Radicis siccat. & pulv. ʒi. detur in haustu Vini albi tepefact. cum cochlear. i. aceti pestilential. mox præscribend. *Hemming. ex Williſ.*

Cepæ, Onions. *Lilia*, Lilies. In carbunculo pestilential. multum valet sequens cataplasma.

℞ Ceparum & Radicum Liliorum alb. coctorum, vel sub cineribus assator. ana q. s. contundantur cum momento theriac. androm. & ol. Liliorum f. cataplasma.

Adde si placet ficus vel fol. scabiosæ aut acetosæ lotæ. *Ibidem.*

Hedera, Ivy. Pulvis baccarum plenam maturitatem adeptarum larga dosi exhibitus contra pestem Arcanum est *Boyl.* Vel,

℞ Pulv. baccarum ʒi. exhibeatur ut pulv. Rad. carlinæ. *Hemming. ut supra.*

Millefolium, Yarrow. Planta hæc quocunq; modo usurpata, mirabilem habet effectum ad fugandam pestem. *Deodatus.*

Petasitis, Butter-bur. ℞ Rad. hujus pulv. ʒi. detur ut Rad. carlinæ. *Hemming. &c.*

Ruta, Rue. Ruta (ut Absynthium) in aceto infus. & usurpat. ad præservandum usus est eximii. Vel,

Ubi pestis invaserit coquatur Ruta in Vino albo, cujus decocti cap. æger haustum, pauco aceto addito. *Ibidem.*

Scabiosa,

Scabiosa, Scabious. *Succisa*, Devils-bit. ℞ Harum ana mij. vel iij. contund. cum vitell. ovorum no. 2. addatur salis parum, & fiat cataplasma ad carbunculos pestilentiales commendatum. *Diemerbrook.*

Acetum pestilential. supra memoratum, & contra pestem valde efficax & laudatum, hoc modo conficitur. ℞ Rad. Angelicæ, enulæ campan. Petasitidis, Tormentillæ ana ℥ ss. contrayervæ, serpent. virgin. zedoariæ opt. a. ℥ iij. fol. Galegæ, Scordii, Rutæ a. m. j. florum Calendulæ, Gariophyll. a. mss. sem. Cardui, Citri a. ℥ ij. incidantur & contundantur, & deniq; digerantur in Aceti opt. ℔ iij per decem dies vel diutius; expressus tandem liquor filtretur, & in vase probe obturato servetur usui.

Capiat æger cochlear. i. vel ij. per se, aut in aq. cardui, aut in aq. jugland. simpl. vel cum lacte, & cochl. ij. vel iij. hujus aceti f. *Posset*, cujus cap. haustum mane jejunus, & sæpe etiam in die naribus admoveatur phiala hoc aceto impleta.

PHRENITIS.

Acetosa, Sorrel. ℞ Fol. vel Radicum vel seminum hujus fol. scilicet m iiij Radicum ℥ 4. seminum ℥ iss. contundantur & coquantur in aq. f. q. s. ad ℔ ij. colaturæ adde succi cornorum vel ribium q. s. ad gratiam, & cum sacchari parum f. julap. de quo bibat ad libitum. *Etmullerus.*

Sedum majus, Houseleek. Sedum majus contusum, & cum lacte muliebri mistum & sincipiti admotum, mire sedat Phrenitidem, & somnum conciliat, sed statim ac dormire ceperit æger, detrahendum ne in coma præcipitetur. *Riverius.*

PLEURITIS.

Bardana, Burdock. ℞ Pulv. Radicum ℥ i. exhibeatur mane ex aq. tepidâ, & moveantur sudores, statim dolores sedat & ægrum sanat. *Alexand. Benedict.*

Carduus

Carduus Mariæ, Ladies Thistle. ℞ Seminum hujus pulv. ℥i. detur die secundo. Remedium est præstantissimum. *Fr. Joel.*

Papaver Erraticus, Corn-Poppy. Aqua simplex è floribus distillata, sed præcipue pulvis florum siccatorum, qui specifice prodest. *Raius.*

Papaver Erraticus, Corn-Poppy. ℞ Florum hujus recentium p. iij. aq. fl. ejusdem q. s. adde sp. vitriol. vel ol. sulph. per camp. q. s. ad gratiam, stent. simul loco calido per horas aliquot, deinde fiat colatura, cui adde sacchari q. placet, vel potius syrupi ejusdem q. s.

Ubi aq. & Syrup. Papav. in promptu non sint aq. font. fervefacta super-affundatur flor. prædict. spirit. vel ol. irroratis; stent ut supra, coletur tinct. & saccharo edulcoretur. Cap. Æger haustum harum tinct. ad libitum. *Etmullerus.*

Eodem modo fieri possint Tinct. elegantes ex flor. aquileg. bellidis, calcitrippæ & cyanos secundum affectûs varietatem. *Ibid.*

Scabiosa, Scabious. Syrupus ex succo præparatus, & mane jejuno exhibitus, pleuritidem curat. *Stockerus.*

Viscus Quercin. Mistletoe of the Oak. Pulv. visci Quercini in aq cardui vel papav. Rhæad. exhibit. ter quaterve; Arcanum mirum est. *Boyl.*

POLYPUS.

Arum, Wake-Robin. Turunda succo Radic. imbuta & in narem immissa, multum valet; si vero succus sit nimis acris, diluatur decocto vel aq. Plantag. *Riverius.*

Nasturtium Aquaticum, Water-cresses. Succus hujus illitus, multum confert & quasi secretum commendatur à *Schrodero & Etmullero.*

PRÆPUTII TUMOR,
Cum depravata Penis erectione.

Sambucus, Elder. ℞ Florum sambuci m ij. Lactis vaccini ℔iss. coq. ad ℔i. coletur & f. fotus ter quaterve in die applicand. *Etmullerus.*

PRURITUS.

Allium, Garlick. Allium optime tritum & cum axung. porcinâ in unguenti formam redact. omnem ſcabiem curat tribus inunctionibus. *Stockerus.*

Alnus, The Alder-tree. Cortex cum aceto tritus, & parti affect. illitus, intra paucos dies ſanat, eſtque experimentum ſingulare. *Raius.* Vel,

℞ Cortic. interior. hujus m.iii. butyr. rec. ℔i. Vini alb. ℔ſſ. coq. ad Vini conſumpt. f. fortis expreſſio, quæ uſui ſervetur; poſt purgationes uſus eſt eximii. *Sennertus.*

Alſine, Chick-weed. Lavetur pars decocto Herbæ vel plantâ ipsâ fricetur poſt purgationes. *Etmullerus.*

Enula campana, Elecampane. ℞ Radicum hujus recent. ℥ 5. axungiæ porcin. ℔ſſ. contund. & coq. & f. ex arte unguent. quod mirabiles habet effectus. *Amat. Luſitanus.* Vel,

Lapath. Acutum. ℞ Rad. enulæ & Lapathi Acuti ana m.i. incidantur & coq. in aq f. ℔iij. in vaſe clauſo ad ℔i. colaturâ clarâ laventur partes affectæ ſemel vel bis in die. *Boyl.*

Fagus, Beech. ℞ Aq. (quæ in cavis Fagorum truncis quandoq; reperitur) q. ſ. eaq; tepida laventur partes affectæ; ſingulare eſt Remedium. *Raius.*

Fumaria, Fumitory. *Lapathum Acutum*, Sharp-pointed Dock. ℞ Succi utriuſq; ana q v. aceti acerrimi parum, mellis optimi q. ſ. ut f. linimentum quo illinantur partes affectæ, omnis generis ſcabiem curat. *Raius.*

Lapathum Acutum. Fiat ex Radicibus Lapathi recentib. decoct. forte, eoq; tepide laventur partes, omnem ſcabiem ſiccat & detergit. *Schroderus.*

Sambucus, Elder. ℞ Cortic. Radicum Sambuci m.i. ſalis parum, lactis caprill. ℔i. coq. & cum expreſſione forti coletur, & colatura laventur partes affectæ. *Stockerus.*

Scrophularia,

Serophularia, Figwort. Maio menſe ex tota planta exprimatur ſuccus (qui in vaſe vitreo probe obturato per Annum conſervetur) cumq; unguentum parare volueris. ℞ Succi prædicti, ceræ & olei ana, & ſuper Ignem eo uſq. temperentur, donec f. Unguentum efficax. *Raius & Morriſon. ex Trago.*

IN PRURITU FERINO.

VEnæ ſection. & Cathart. præmiſſis, ℞ Ther. Androm. ℥ſſ. cl de ovo ℈i. rad. ſerpent. virg. gr. 15 Bez. orient. gr. v. cum q. ſ. ſyr. è condit citri, f. Bolus horâ ſomni ſumend. per dies xxi. ſuperbibend. cochl. vi. julap. ſequent.

℞ Aq Card. Ben. ℥vi. epidem. theriacal. ſtill. a. ℥ij. ſyrup. carioph. ℥i. m. f. julap.

Sing. matutin. cap. liquor. poſſet ℔ſs. calide & ſudet horæ unius ſpatium.

Si his non cedant puſtulæ, tum ℞ Unguent. ex oxyſa-path. ℥ij. pomati ℥i. fl. Sulphuris ℥iij. ol. Rhodii ℈ſſ. m. f. Linument. quo inungantur partes affectæ. *Sydenham.*

PHTHISIS.

A*Nagallis mas*, Male-Pimpernel. ℞ Aquæ Anagallidis bene diſtillat. & lactis vaccini ana ℔ſſ. ſacch. roſacei (vel ejus defectu albiſſimi) q. ſ. ad gratam edulcorationem; capiat Æger ſingulis diebus mane & veſperi cochl. duodecem hujus miſturæ, quæ ad Phthiſin & ſputum fœtidum & purulentum expertiſſ. eſt Remedium. *Raius.*

Bellis major, Great wild Daiſie, or Ox-eye. Succus ex tota planta expreſſus & in Syrupum confectus, vel Herba integra in Zythogalo decocta, & pota, inſignia ſunt Remedia. *Ibidem.*

Betula, Birch-tree. Ex ſucco (uti in Calculi titulo præparatur) partim mero, partim melle cocto, Phthiſin ſcorbuticam ſæpe curavit. *D. Needham. Raius.*

Bugula, Bugle. Decoctum in juſculo vervecis, mire prodeſt. *Riverius.*

Conſolida major, Great Comfry. Ex pulpâ Rad. &

facch. alb. ana f. miva, cujus cap. q. nucis caſtan. bis in die. Vel,

Radix in juſculo coct. uſus eſt eximii, uti etiam ſyrupus optime valet. *Riverius.*

Hedera Terreſtris, Ground-Ivy. Decoctum Hederæ hujus optimum eſt Remedium, præſertim ſi coquatur in Vino rubro, & addatur ol ſulphuris per campan. q ſ. ad gratiam, cap. hauſtum ter quaterve in die. *Emmullerus.* Vel,

℞ Succi Hederæ terreſt ℔iiſſ digeratur B. M. ut purificetur, huic ſucco perfecte depurato adde ſacchari Roſarum ℔i penidiati ℥ iiij f. leni ebullitione ſyrupus, quo utatur æger ſæpe ex cochlear. *Quercetanus.*

Hypericum, St. John's-wort. Syrupus ex floribus per infuſ. in B M. præparatus, in hoc morbo uſus eſt egregii. *Riverius.*

Pimpinella, Burnet. Pulvis Herbæ ſiccat. ad ℥i. ex juſculo ſingulis diebus exhibit. maximæ creditur efficaciæ. *Riverius.* Vel,

Pulvis ejuſdem aut per ſe exceptus vel ſaccharo roſaceo miſtus commendat *D Bowl.*

Parietaria, Pellitory of the Wall. Pulvis Herbæ exſiccatæ, vel melle exceptus, vel in cereviſiâ aut zythogalo potus, experientiâ veterum teſtimonio ſuffragante mirifice conducit. *Ratus.*

Rapum, & Turnip. ℞ Raporum opt. in talcolas inciſorum & ſacchari albiſſimi a. ℔ſſ. ponantur S. S. S. in olla vitriata quæ probe obturatâ indetur clibano, cum panibus coquendis; quando eximitur exprimatur liquor, qui uſui reſervetur, doſis cochleare i mane & veſperi. *Williſius.* Vel,

℞ Rapor. excortic q v. coq. parum in Aq. font. abjiciatur aq. illa, & recens affundatur, in qua coq. ad teneritudinem, tandem exprim. ſuccus, cui adde ſacchar cant. & butyri recent. parum. *Crato conſ.* 21 *apud Scholtzium.*

Tuſſilago, Colts-foot. Fol curioſe ſiccat. & minutim inciſa & cum flor. Sulph. & pulv. ſuccin. miſta & Nicotianæ forma ex tubulo fumus hauſtus, multum proſunt. *Boyl.* Vel,

De-

Decoctum flor. Tussilagin. cum saccharo edulcorat. egregie prodest, capiat Æger ℔ss. quolibet die per sex hebdomadas. *Burnetus.* Vel.

℞ Fol. Tussilag. recent. m. viij. hyssopi m. ij. incisa includantur olla bene obturata & indentur clibano circa mediam coctionis panis qui cum extrahitur dematur olla, & perforato foramini imponatur infundibulus atq; ita per os attrahatur fumus in pulmones per nares rejiciendus mirabiliter movet expuitionem. *Riverius.*

PUERORUM PAVORES NOCTURNI.

A *Nisum*, Aunis. Semina Anisi quocunq; modo exhibit. ad hunc morbum egregie conferunt, ut etiam ad incubum, uti antea sub eo titulo innuimus. *Etmullerus.*

PULMONUM EROSIO.

C *Onsolida*, Comfrey. In pulmonum erosione quocunq; modo usurpata plurimum valet. *Raius.*

Miva ex Radicibus & sacchar. præpar. procul dubio hic locum habet.

—— ULCERA.

Bugula, Bugle. Hujus decoctum in jusculo vervecino mire prodest. *Riverius.*

—— VULNERA.

Prunella, Self-heal. Decoctum Prunellæ sive per se vel edulcoratum specificum est. *Etmullerus.*

R.

RACHITIS.

A *Splenium*, Spleenwort, or Milt-waste. Conserv. fol. tenerrimorum rachitidem curat. *D. Bowles.*

Asparagus, Asparagus, or Sprage. Hujus turiones verno tempore collect. & cum sacch. in conserv. confect. multum prosunt. *Ibidem.*

Filix Florida, Osmund-Royal. Hujus Rad. Remedium est præstantissimum & quasi proprium aut specificum censetur. *Raius.*

℞ Rad. hujus pulver. ʒ iiij. sacch. albissim. ʒ ij. m. insperge hujus pulv. aliquantum pulti, cibisq; omnibus liquidis, ut ad minimum ʒ ij. vel iij. in die absumantur. *Pharm. Batean.*

Ex hujus turionibus primo erumpentibus si fiat conserv. usus erit eximii. *Bowles.*

Filix mas, Male-Fern. Ex germinibus cum saccharo conservat. nobile fit Remedium. Expertum.

Et Radices hujus Filicis floridæ loco substitui possint.

Ruta Muraria, Wall-Rue. *Trichomanes*, Black Maiden-hair. *Gramen Caninum*, Couch-grass. Ex his siccatis & in pulverem redactis, & cum 4tâ parte Farinæ Radicum Graminis Canini mistis cum syr. aliquo aperient. f. Electuarium valde efficax. *Bowles.*

RAUCEDO.

Allium, Garlick. Fiat in cerevisia decoctum forte ℞ Allii, & hujus mane & sero sumatur haustus. Vel,

℞ Allii & Axungiæ porcinæ ana, contund. & misce in mortario calido, ut f. Linimentum, cum quo lectum iturus inunge quam optime pedum plantas ad ignem probe, infricando tum linteis calidis pedes involve, & lectum pete, & mane cessabit raucedo. *Jungken.*

Brassica, Colewoits. ℞ Succi Brassicæ non capitatæ (viz. Colewoits) partes ij. sacchari penidiat. vel sacchar. solius vel mellis partem unam, de quo sæpe lambat æger. Vel,

℞ Succi brassicæ depur. ʒ ij. sacchar. penidiat. ʒ i. cum oxymel. q. s. f. linctus. *Codronchius de variis speciebus.*

Erysimum Hedge-Mustard. Herba cum toto quocunq; modo usurpatur, sive in decocto, succo, syrupo, vel

vel pulvere, insigne est Remedium, & plurimis laudibus celebratum à *Lobelio.*

Glycyrrhiza, Liquorice. ℞ Glycyrrh. rasæ q. v. decoq. optime in aq hord. ut fiat decoctum forte; prelo exprimatur, & saccharo canto edulcoretur, postea in vase vitreo in MB. ad massam pilularem inspissetur, addendo sub finem amyli pulv. parum, fiant exinde pilulæ compressæ sub linguales, quibus sæpius utatur. *Stockerus.*

Helenium, Elecampane. Radix per tres dies in Vino generoso infusa in vase probe obturato, raucedinem tollit si ejus haustus mediocris jejuno stomacho sumatur. *Stockerus.*

Rapa, Turnips. ℞ Decoct. Raporum, q. v. quo sæpe calide utatur Æger. Vel,

℞ Raporum incisorum q. placet, indentur S. S. S. cum saccharo albo ollæ vitriatæ bene clausæ & in MB. coq. ad putrilag. ubi refrixerint exprim. liquor qui egregium est Remedium. *Etmullerus.*

Sinapi, Mustard-seed. Semina pulv. cum melle despumato, misceantur & f. lohoch. quo sæpe utatur æger. *Stockerus.*

RENUM ULCERA.

Agrimonia, Egrimony. Decoct. Agrimon. ter in die vel sæpius tepide usurpatum specifice commendatur ab *Etmullero.*

Calamintha, Calamint. Herba in aq. f. vel Vino albo vel Rhenano decoct. intusq; sumpta, mirum in modum adjuvat. *Etmullerus.*

Fragraria, Strawberry-Plant. Decoct. Herbæ totius cum aq. font. fact. egregie confert, si pro potu ordinario sumatur; edulcoretur si placet. *Stockerus. Timæus.*

Hypericon, St. John's wort. Decoctum summitatum hujus eodem modo præparatum eadem præstat, præsertim si æger solummodo capiat ℥ viii. ter in die. *Timæus.*

Plantago, Plantain. Fiat decoct. fol. in aq. font. cujus

cujus capiat ægrotus ℔ß. mane jejunus & nocte lectum iturus, per 4 vel 5 dies.

S.

SANGUIS GRUMOSUS.

Bellis, Daiſie. Hujus decoctum tepide uſurpatum mire prodeſt, vel tinctur. flor. cum phlegmate vitrioli extract. aut per ſe aut in aliis potationibus immiſta egregium eſt Remedium. *D. Michael.*

Cerefolium, Chervil. Hujus decoctum cum Vino vel aq. font. præparatum, ad ſanguinem grumoſum ſive coagulatum reſolvendum, uſus eſt eximii. *Raius. Morriſonus.*

Geranium Columbinum, Doves-foot, Cranes-bill. Si ex hujus tota planta in Vino generoſo vel aq. font. decoct. f. & horis medicinalibus calide exhibeatur ſanguinem coagulatum reſolvit.

Geranium Robertianum. Herb-Robert. Geranium Robertianum eaſdem præbet virtutes ſi eodem modo uſurpetur. *Raius. Dale.*

Hypericon, St. John's-wort. Decoctum Herbæ intus aſſumptum nulli cedit remedio. *Etmullerus.*

Prunella, Self-heal. Hujus decoct. ſanguinem congrumatum diſſolvit, ſi intus ſumatur, & ſpecifice laudatur ab *Etmullero.*

Sophia Chyrurgorum, Flix-weed. Sanguinem concretum ſubcutaneis partibus ſuffuſum, hæc planta reſolvit & foras ad ſuperficiem reducit. *Ibidem.*

SANGUINIS FLUXUS; *vide* Hæmorrhagiam.

SANGUINIS SPUTUM; *vide* Hæmophthyſis.

SANGUINIS VOMITUS; *vide* Vomitus Sangu.

SCO Ri

Sciatica vid. Ischiad. Gr.

SCORBUTUS.

A *Bies mas*, **The Common Fir-tree.** Hujus ramuli ſeu ſummitates ſacculo incluſa, & in cereviſia poſt fermentationem ſuſpenſa, potum diæteticum præbent quo in affectibus Scorbuticis bono cum ſucceſſu ſæpenumero uſus eſt *Needham*. Ras. Hiſt. Angl. Sacr. Illust. & poſſet.

Abies, **Fir.** ℞ Conos Abietis No 4. incide unamquemq; in part. 4. adde fol. tritici vireſcent. ℥ ij coq. in Poſſet cum Vino alb. fact. ℔ iij. ad ℔ ij colatur. frigidæ adde ſp. cochleariæ ℥ ſſ. ſyrup. de Auran. & de pom. alter. a. ℥ iſſ. m. Doſis ℥ iiij. bis vel ter in die. *Phar. Batean.*

Acetoſa, **Sorrel.** *Fumaria*, **Fumitory.** *Naſturt. Aquaticum*, **Water-creſſes.** ℞ Succor. horum ana ℥ iiij. ſtent ſimul in vaſe probe clauſo poſt reſidentiam cap. Æger ℥ vi. liquoris clari mane jejunus, vel ℞ Succi Fumar. & Naſtur. aq. ana ℥ ij. m. f. hauſtus eodem modo ſumendus. *Riverius.*

Anagallis Aquatica, **Brook-lime.** ℞ Succi hujus & Naſturt. aq. a. ℥ i. fumar. ℥ j. ſacchar. alb. ℥ ij. m. f. potio mane ſumenda. *Riverius.*

Aquilegia, **Columbine.** Radix per ſe in Vino infuſ. vel additis becabung. cochl. & naſturt. egregium componit antiſcorbuticum, quo curatus fuit miles uti affirmat *Etmullerus.*

Cochlearia Marina, **Sea Scurvy-graſs.** ℞ Fol. cochlear. marin. ſelectiſ. ℥ iij. ſacchari Albiſ. ℥ vi. ſalis cochlear. ℥ i. contuſis opt adde ſuc. aurant. ℥ vi. m. in iſto intingatur omnis cibus ſcorbuticorum. *Pharm. Bat.*

Cochlearia Hortenſis, **Garden Scurvy-graſs.** Hujus ſuccus ſive infuſio in Vino vel Cereviſia, vel ejus tinctura ſcorbuticis proſunt, præſertim iis qui in locis ſalſis maritimis degunt, & piſcibus ſale conditis plurimum victitant. *Raius.*

℞ Fol. cochleariæ inciſorum m. i. cereviſ. fortior. ℔ ij. infundantur frigide per noctem in ampullâ probe clauſâ,

&

& utatur ægrotus colatura mane jejunus, & pro potu ordinario in paſtu. *Boyl.*

Cochlearia Hortenſis, Garden Scurvy-graſs. ℞ Fol. Coch. Hort. No. 12. rad. raphan. ruſtican. recent. inciſ. ℥ ij. paſſular. maj enucleat. No. 6. aurant. cum toto inciſ. dimidium, infundantur in cereviſ. tenuis ℔ ij. in lagena vitrea ſubere probe obturata. In hunc modum parantur eodem tempore ſex lagenæ pro uſu, & poſt aliquot dies ſex aliæ antequam priores exhauriantur, & ſic deinceps ut per longum tempus uſurpetur pro potu ordinario. Vel,

℞ Fol. Cochl. Hortenſ. m. ij. ſemin. ejuſdem & rad. raphan. ruſtican. a. ℥ ſſ. pulpam unius aurantii, contundantur ſimul in mort. marmor. ſenſim affundendo Vini albi ſelibram; coletur cum levi expreſſione, & reponatur pro uſu. Doſis Cochlearia 3. vel 4. in ſingulis hauſtib. potus communis. *Sydenham.* Vel,

℞ Succi Cochl. Hortenſ. q. ſ. eaq. impleatur vas continens tres vel quatuor congios. Adde fermenti cereviſ. fortis ℔ ſſ. ad celerem fermentationem, deinde probe obturetur vas & ſtet in cella frigida per 6. menſes; hauriatur poſtea in lagenas ſubere bene clauſas, & ſervetur uſui. Doſis ab ℥ ij. ad ℥ iiij. bis in die. *Williſius.*

Fumaria, Fumitory. Herba vernо tempore in ſero lactis infuſa, vel cocta & per aliquod tempus exhibita ſcorbuticis apprime convenit. *Raius.*

Lapathum Acutum, Sharp pointed Dock. Radix inciſa & diligenter ſiccata ad ſcorbutum inſigne eſt Remedium, ſi in ſacculo ſuſpendatur in cereviſiæ q. ſ. ut ea bene impregnetur & quaſi ſpecificum nobile laudatur à *Williſio.*

Naſturtium Aquaticum, Water-creſſes. ℞ Magnam copiam Naſturtii Aquat. contunde in mortar. marmor. exprime manibus ſuccum, in quo portio aliqua fermenti ſolvatur, ut ſuccus ſæpæ dilutioris conſiſtentiam acquirat, ex hoc ſucco & Naſturtio manibus expreſſ. ſeu globis & pilis Naſturtii fiat, quaſi S.S.S. pinſentur omnia fortiter manibus aut piſtillo, reponantur in convenientem locum per octiduum, dein S. A. per MB. diſtilletur ſpiritus, cujus

jus usus ut hibernis mensibus scorbuto laborantibus illius coch. 1. vel alterum propinemus. Eodem modo ex anagal. aquat. chelid. cochleariâ & trifolio paludoso spiritus elegantes extrahi possent. *Morrison. ex Sim. Paul.*

Rubus Vulgaris, Black-berries. Hujus baccæ esæ vel alio quocunque modo usurpatæ, ad scorbutum prosunt. *Raius.*

Ruta Muraria, Wall-rue, or White Maiden-hair. Hæc planta sive in pulvere sive aliquo alio modo sit exhibita in scorbuto experimentum est nobile. *D. Michael.*

Sedum minimum Acre. Wall-pepper, or small biting Stone-crop. Stupendas ejus vires cum incredibili successu in scorbuto castrensi interne in decocto expertus est *D. Below. Raius ex Ephem. German.*

SCORBUTI DOLORES.

B*Ecabunga*, Brook-lime. Infusio Becabungæ in seri lactis caprilli fact. & colatura per mensem integrum exhibit. insigne est Remedium, laudatum ab *Hoffmanno.*

Chamæmelum, Chamomile. *Nasturt. Aquat.* Water-cresses. *Juniperus.* ℞ Flor. Chamæm. fol. Nasturt. Aquat. bac. Juniperi a. p. æ. coquantur in q. s. floris lactis & fiat ex arte cataplasma parti dolenti mane & sero calide applicand. *Balth. Brunnerus.*

Hyoscyamus, Hen-bane. ℞ Fol. hujus teneriorum m. ij. vel iij. coquantur in lacte ad mollitiem, contundantur & per setaceum trajiciantur, & deinde cum eodem lacte coquantur rursus in cataplasmat. formam, quod parti affectæ mane & sero admoveatur & dolores mirifice demulcet. Vel,

℞ Olei ex seminibus siccis contusis & per prelum expressis q. v. eoq; tepido inungatur pars. Insigne est Anodynum. *Hoffmannus.*

Ruta Muraria, Wall-Rue. Herba quocunq; modo usurpatur optimum est Remedium. *Ibidem.*

Sambucus, Elder. ℞ Flor. Sambuci m. ii. coquantur in Vino & cum saponis Venetæ ℥ ij. f. lixivium in quo calido

calido lintea ſint imbuta & partibus affectis applicentur. *Brunnerus.*

Trifolium Paludoſum, Water-Trefoil. Pſeudothee ſive infuſio hujus Herbæ probe ſiccatæ, cum Aq. font. fact. & ſingulis Auroris exhibita, magnum eſt ſpecificum. *Simon Pauli.*

MACULÆ.

Becabunga, Brook-lime. Herba recens contuſa, vel decocta ſive in fomenti ſive in cataplaſmatis forma applicata, maculas ſcorbuticas in cute hærentes aufert, uti etiam ſcorbuticos pedum Tumores. Vel,

℞ Succi becabungæ recenter expreſſi & per reſidentiam depurati q. v. capiat ægrotus ℥ i. quolibet mane in ſero lactis caprilli per aliquot ſeptimanas, & egregium præbet Remedium. *Etmullerus.*

Rapum, a Turnip. Radices extrinſecus optimo cum ſucceſſu ſæpe adhibuit *D. Needham.*

Scrophula p. 111

SERPIGO.

FUmaria, Fumitory. Infuſio vel decoctum fumariæ in lactis ſero vel ſyrupus ex ſucco confectus magnopere laudantur. *Raius.*

Imperatoria, Masterwort. ℞ Radicum recentium & axungiæ ſuillæ a. p. æ. contundantur ſimul & inſolentur, deinde poſt levem ebullitionem colentur, ut fiat Unguentum quo illinatur pars affecta. *Etmullerus.*

Lapathum Acutum, Sharp-pointed Dock. ℞ Succi Lapathi acuti aceti fortis a. ſalis communis parum m. iiſq; fricetur locus. Vel,

℞ Succi Lapathi acuti ℥ ſſ. ſalis tantum, meſſis cochlear. 3. aceti optimi ℔i. f. mixtura ut ſupra uſurpanda. *Stockerus.* Vel,

℞ Radicis prædictæ ſiccatæ & optime pulverizatæ q. v. aceti optimi, q. ſ. ad Linimentum conficiendum, quo illinatur pars affecta. Egregium eſt medicamentum. *Hoffmannus.*

SECUNDINAM MOVENT

Calamentha, Calamint. Hujus decoctum ſive intus ſumptum, ſive externe pubis regioni fomenti modo adhibitum, uſus eſt eximii. *Etmullerus.*

Calendula, Marigold. Syrupus ex ſucco flor. cum ſaccharo confectus, vel ſuccus per ſe, vel infuſio, ſive decoctum, vel conſerva, maxime & experte laudantur à *Paſchequo in obſ. Riverio com.*

Hædera terreſt. Ground Ivy. Ex hujus decoct. ℔i. & Mithridatii ʒi. f. enema & optimum habebis Remedium. *D. Michael.*

Leviſticum, Lovage. ℞ Fol. viridium q v. contundantur cum Vini Rhenani q. ſ. exprimatur ſuccus, & exhibeatur hauſtus mediocris, tempore vero Hyberno.

℞ Seminum hujus parum, contunde & coq. in Vino vel potius cereviſia & exhibe. *Foreſtus.*

Paſtinaca, Parſnip. ℞ Seminum paſtinacæ ſiccat. & pulv. ʒi. exhibe in vehiculo idoneo, magnum eſt ſpecificum. *Quercetanus.*

Praſſium, Hoar-hound. Succus Praſſii in Vino generoſo aſſumptus inſigne eſt Remed. *Stockerus.*

SINGULTUS.

Anethum, Dill. Decoctum Anethi ad ʒ4. ter in quadrante exhibitum, mire ſingultum ſiſtit. *Alexander Benedictus.* Vel,

℞ Sem. Anethi ʒij. vel ʒiij. coq leviter in Vini generoſ. ʒ8. de quibus i. cap. æger mane & ſero. Vel,

Idem ſemen contuſ. & nodulo linteo raro incluſum, naribus frequenter objiciatur. *Riverius.*

Mentha, Mint. Stomachica nobilis eſt hæc planta & quocunq; modo uſurpata ad ſingultum eſt ſpecifica. *Etmullerus.*

Prunus Damaſcena, Dar English Damſins. ℞ Harum in ſyrupo conditar. No. 2. vel 3. & dentur ægroto. *Boyl.*

SITIM SEDANT

Acetosa, Sorrel. Succus hujus juscul. & sorbitionibus immistus, vel folia in iisdem incoct. in febribus simpl. sitim potenter restring. *Raius.*

Berberis, The Barbery. Succus Berberum in febribus bilios. ardentibus, & malignis, sitim non solum exstinguit, & exhalationes ad caput prohibet, verum etiam & siccat, putrediniq; resistit, & simul viscera ab infarctu liberat. *Caspar. Hoffmannus de Medicam. Officinal.*

Dens Leonis, Dandelion, or Piss-a-beds. ℞ Radicum mundat. & incis. ℥ i. coq. in liquor. Possetij. ad medias. Colaturæ cap. æger haustum largum, viz. ℔ ss. vel plus si ferre queat. *Boyl.* Vel,

Fiat decoctum Herbæ totius in aq. fontan. Colaturâ utatur æger pro potu ordinario. Sitim febrilem mirabiliter compescit. Sæpius expertum.

Fraga, Strawberries. ℞ Fruct. Fragorum maturorum ℔ iss. aq. f. ℔ i. Vini albi ℔ ss. saccharı alb. & syr. Limonum ana ℥ iss. macerentur simul frigide per hor. 3. deinde fiat colat. ad libitum sumenda. *Pharmac. Bateana.*

Viola, The Violet-flower. Flores in fervore febrium compescendo, doloresq; capitis inde nato, usus sunt eximii, præsertim eorum tinctura vel syrupus. *Raius.* Vel,

℞ Syrup. Violarum ℥ iij. Sp. Vitriol. gutt. ℥ o. aq. hord. vel fort. ℔ ij. m. cap ad libitum.

SOMNUM CONCILIANT

Hyoscyamus, Henbane. *Papaver*, Poppy. ℞ Seminum Hyoscyami & papaveris ana q. s. contundantur & misceantur ad formam cataplasm. quod fronti applicatum somnum inducet. Expertum.

SPASMUS.

Enula Campana, Elecampane. Radices recentes vel siccat. in aq font. coct. & fomenti form. usurpat. ad sp. sinum multum commendatur à *Parkinsono.*

Mechoacana,

Mechoacana, White Jalap. Impleatur ſacculus ex ſerico (Sarſnet) (vel alio raro confectus, quadratus, & tres pollices latus) pulvere Mechoac. filoq; appendatur collo ut ventriculi ſcrobem attingat; amuletum eſt communicatum & laudatum à *D. Boyl.*

Poma Sylveſt. Crabs. ℞ Succi Pomorum Sylveſt. (anglice Verjuice) q v. eoq; calido illinatur ſpina & loca ſpaſtica. *Stockerus.*

Roſmarinus, Roſemary. ℞ Summitatum & fol. hujus minutim inciſor. q ſ. ſerico vel linteo raro includantur & fiat periſcelis cruri nudo applicand. *Boyl.*

STERILITATEM CURANT

Roſmarinus, Roſemary. Decoct. ſummitatum ſeu potius flor. parum ſiccat. & Theæ modo uſurpati mane & ſero experte commendantur à *Lindano.*

Veronica, Speedwell. Hæc Planta in quavis forma exhibita, nobilis eſt uſus. *Simon Paul.*

——MOVET

Filix mas, Male-Fern. Radix intus uſurpata, conceptionem impedit, & ſterilitatem cauſat. *Raius.*

STRANGURIA; *vide* Iſchuria.

STRUMÆ.

Aparine, Goose-grass, or Clivers. Herba cum axungia trita & ſtrumis impoſita eas diſcutit. Vel,

Aqua è planta tota deſtillata ad morbum commendatur. *Raius.*

Apium, Smallage. Radix hujus ſæpe uſurpata Regium morbum ſolvit. *Ibidem.*

Chelidonium minus, Pilewort. Hujus radices (quæ Tritici granis ſunt ſimiles) ſi uſurpentur, magno cum ſucceſſu tumores ſolvunt & attrahunt. *Crollius.* Vel,

℞ Radicum mundatarum & contuſarum, & axungiæ porcinæ a. q. v. terantur ſimul & coquantur ad radicum ſiccitatem, bis repetatur hoc opus, ut radicibus bene impregnetur axungia, quo peracto nobile habebis Unguentum,

guentum, quo tepefacto mane & ſero inungantur partes affectæ. *Boyl.*

Cyanus, Blue-bottles. Hujus pulvis ſubtilis in Vino per aliquod tempus aſſumptus, ad morbum Regium efficax eſt Remedium. Vel,

Tinctura è floribus extracta eaſdem præbet virtutes. *Raius. Etmullerus.*

Cynogloſſa, Hounds-tongue. Radicem tum intus in decocto, tum extra in cataplaſmatis forma adhibita, ſummo cum ſucceſſu uſurpavit *D. Hulſe.*

Digitalis, Fox-glove. Folia trita & ſtrumis impoſita ejuſve ſuccus in unguento multum conducere experientia compertum eſt. *Raius.* Vel,

℞ Butyri majalis ℔ iij. flor. digitalis recent. contuſ. quot imminiſceri poſſint, inſolentur dies triginta, deinde coque donec flores ſint criſpi & fiat fortis expreſſio.

Pro locis ſtrumoſis inungendis nil æquale. *Pharmacop. Batean.*

Euphragia, Eye-bright. Euphragia Vino decocta & ſæpe propinata utiliſſimum eſt Remedium. *Tragus.*

Geniſta, Broom. ℞ Aq. florum Geniſtæ ℥ iij. ſacchari albi q. ſ. m. capiat mane jejunus per aliquod tempus. Vel,

℞ Florum Geniſtæ probe ſiccatorum q. v. mellis Roſarum q. ſ. ut fiat Electuarium quo continue utatur æger. Remedium eſt expertum à *Sebaſt. Cortilion.* & *D Hulſe uti affirmat D. Raius.*

Geranium Robertianum, Herb Robert. ℞ Geranii Robertiani, becabung. a. m. iij Urticæ mort. m. vi. glycyrrhizæ, anif. a. ℥ i. uvar. paſſar. ℥ 4. ſennæ ℥ iij. carthami ℥ ij. agarici ℥ vi aq. font. ℔ viij. infund. & coque ad medias. Doſis ℥ iij. vel iiij. ter in die; bibat etiam hoc decoctum (omiſſis purgantibus) pro potu ordinario, adhibendo interim locis affectis unguent. digitalis. *Pharmacop. Batean.*

Hædera Terreſtris, Ground-Ivy. ℞ Fol. hujus virid. vel ſiccat. m. ij. largos, ſuſpendantur in ſæculo in congio uno

uno cereviſiæ, poſt ſeptimanam vel plures dies hauriatur in lagenas pro potu ordinario. *Boyl.*

Lamium Album, White Archangel. ℞ Herbæ recent. m. i. calefiat inter 2. lateres calidos & tumori applicetur. Eum noctis unius ſpatium plurimum apperit. Aperto adhibe mixturam ſequentem:

℞ Omphacii cochl. vi. butyri majal. inſtar juglandis; miſce & impone lani nigri, oleo è pedibus bubulis madefact. interim propinetur aq. flor. Geniſtæ mane & horâ 4ta promeridiana ſingulis diebus, & certo curabitur. *D. Hulſe.*

Marrhubium Album, White Horse-hound. ℞ Succi hujus ℥ ij. vel iij. propinetur mane jejuno. *Dioſcorides.* Vel,

℞ Succi Marrhubii recenter expreſſi q. v. & cum ſaccharo formetur ſyrupus quo per longum tempus utatur ægrotus. Hujus uſu (cum multa alia fruſtra tentata eſſent) nonnullos præſanatos fuiſſe affirmat *Foreſtus.*

Spongia Cynoſbati. ℞ Excreſcentiam piloſam huic innaſcentem cujus in pulverem redactæ capiat æger ℥ ſſ. cum ſaccharo miſtam luna decreſcente. *Cheſneau ex Helm.*

Paronychia folio Rutaceo, Rue-leaved Whitlow grass. Herba in cereviſia infuſa vel cocta & pro potu ordinario uſurpata ſine ullâ evacuatione ſenſibili ſcrophulis medetur. *Boyl.*

Poma Sylveſt. Crabs. ℞ Succi pomorum ſylveſt. q. ſ. coq; calefact. diligenter detergantur ulcera ſtrumoſa: finitâ hac operatione lana nigra oleo è pedibus Bovinis prius humectata tepide imponatur, quæ per aliquod tempus continuatur, ſtrumas ſanant. *D Hulſe.*

Rapa, Turneps. Radices decoctæ vel ſub cineribus aſſatæ & pulticuli formâ ulceribus applicatæ valde proſunt. *D. Needham.*

Roſmarinus, Roſemary. Herba modo Theæ vel aliqua alia forma ſæpius uſurpata in ſtrumis curandis arcanum habetur. *Etmullerus.*

Ruscus, Knee-holly, or Butchers-broom. ℞ Radic. subtilissime pulv. ℥ i. detur per se sing auroris in Vino generoso; addi possit si placet rad. scrophulariæ vel filipend. æquale pondus & eadem dosi exhibendus. *Etmullerus.*

Scrophularia, Fig-wort. Radix quocunq; modo assumpta certum est Remedium *Raius.* Vel,

Radices recent. per decem auroras jejune comestæ morbum Regium curant. *Arnoldus Villanovan.* Vel,

℞ Rad. vern. tempor. & accrescente luna effossarum. & siccatarum & pulverizat. ℥ ss. vel ℥ i. exhibeantur ter in die ex decocto earundem. Celeberrimum est Remedium multumq; laudatum ab *Etmullero.* Vel,

℞ Harum radicum recenter effosarum numerum imparem, quæ filo trajectæ appendantur collis juniorum & tenellorum hoc morbo affect. & exhibeantur quotidie pulvis & decoctum ut supra, in strumis colli multum valent. Vel,

℞ Radicum recent. bene mundatarum ℔ iss. contundantur cum butyri recentis q. s. deinde in vase clauso locatæ digerantur in fimo equino vel in MB. per 14 dies, postea super ignem lentum liquescant, cum levi ebullitione, deinde fiat colatura, & habebis unguentum in Scrophulis & strumis valde proficuum. *Etmullerus.*

Succisa, Devils-bit. Hujus decoctum forte per longum tempus usurpatum probatum est. *Boyl.*

Verbena, Vervain. Hujus radices in taleolas sectæ & filo perforatæ, si ægri collo appendantur morbum solvunt. *Baricellus.*

Vinca Pervinca, Periwinckle. Fol. recentia super chartam bibulam (impositio superius lino pexo) interbastata & thuris nidore suffita consilio mulierculæ strumis adhibita, brevi tempore discussere tumorem qui per totius anni spatium aliis medicamentis à medico docto præscript contumax obstiterat. *D. Hulse.*

SURDITAS; *vide* Aurium Affectus.

T.

TENESMUS.

Quercus, The Oak. ℞ Fol. Quercus viridium q. ſ. iiſq; minutim inciſis impleantur ſacculi duo, qui in aq fabrorum coquantur, & ſucceſſive (expreſſo leviter decocto) ano calide applicentur. *Etmullerus.*

Sabina, Savin. Ex hac plantâ contusâ, fiat decoctum forte, ſuper cujus calentis vaporem, ſæpe fedeat ægrotus. *Stockerus.*

Tilia, The Tile-tree. Decoctum fol. hujus in fomenti formâ calide applicatum, dejiciendi cupidinem, moleſtumque conamen reſtringit & cohibet. *Etmullerus.*

Triticum, Wheat. ℞ Furfuris Triticei q. ſ. coq; impleantur ſacculi duo, bulliant in aceto & modo (expreſſo levetur decocto) ſedeat ſuper unum, modo ſuper alium calidum quantum pati poteſt, & dolorem ſtatim tollit. Remedium eſt expertum à *Stockero.*

Verbaſcum, Mullein. Hujus decoctum ſabinæ modo uſurpatum eaſdem præbet virtutes. *Stockerus.* Vel, ℞ Fol. Verbaſci q. ſ. coq. in lacte vaccino recent. ut fiat decoctum forte. Fiat colatura, qua ſpongia vel lintea duplicata imbuta, fomenti inſtar applicentur.

Remedium eſt ſpecificum præſertim in teneſmo dyſenterico qui curatu eſt difficilior. *Etmullerus ex L. Ammonero in tract. de dyſent.*

TESTIUM DOLORES.

Parietaria, Pellitory of the Wall. Herba recens contuſa & tepide parti affectæ applicata mane & ſero certum eſt Remedium.

INFLAMMATIO.

Ebulum, Dwarf-Elder. *Ruta*, Rue. ℞ Fol. Ebuli & Rutæ ana partes æquales, contundantur ſimul in mortario

tario & cataplasmatis forma parti applicentur. *Gulingius.*

Fabæ, Beans. ℞ Farinæ Fabarum q. s. coq in oxycrato ad cataplasmatis consistentiam: s. oxycratum è quarta parte aceti & tribus aquæ partibus; cataplasma sic paratum mane & sero admovendum est, si vero cutis ab aceto fuerit excoriata coquatur acetum cum lithargyro.

Hoc cataplasma in hoc affectu me nunquam fefellit, inquit *Riverius in observat.*

Melilotus, Melilot. Hujus decoctum nobilis est fomentatio, præsertim si addatur Agrimoniæ & Chamæmeli ana pars dimidiata. *Etmullerus.*

TIBIARUM INFLAMMATIO.

Sambucus, Elder. ℞ Fol. Sambuci q. v calefiant in patella quousq; sudare incipiant & tunc superimponantur. *Stockerus.*

Avenæ, Oats. Hæc in Vino forti decoctæ & parti dolenti applicatæ Inflammationem tollunt. *Ibidem.*

Plantago, Plantain. Succus tepefact. & illitus multum prodest. *Ibidem.*

—— ULCERA.

Raphanus Sylv. Horse-Radish. Pulv. hujus Radicis ustæ ulcera humida mundificat & siccat. *Ibidem.*

TONSILLARUM INFLAMMATIO.

Prunella, Self-heal. Hujus decoctum cum sale Prunellæ acuatum, specifice commendatur ab *Etmullero.*

—— ULCERA.

Verbena, Vervain. Decoctum Verbenæ gargarismi formâ usurpatum, tonsillarum ulcera facillime curat. *Gulingius.*

TOPHI.

Bryonia Alba, White Bryony. *Sinapi*, Mustard. *Symphytum*, Comfrey. ℞ Radicum Bryoniæ alb. seminum Sinap. Rad. Symphyti ana ℥ ij. contund. simul & cum

cum urina propriâ f. cataplasma, sæpius tepide imponendum ad tophos in lue venerea non admodum indurato: commendatur hoc cataplasma quasi Remedium præstantissimum à *D. Jungken.*

TUMORES CALIDI.

Asperula, Woodruff. Rustici hujus foliis tusis, & impositis, ad tumores calidos bono cum successu utuntur. *Raius.*

Fagus, The Beech-tree. ℞ Fol. recentium q. v. contundantur & in cataplasmatis formâ applicentur. Calidos Tumores discutiunt. *Raius.*

—— DURI.

Alnus Alba, White Alder. Folia viridia imposita tumores discutiunt, & Inflammationes restringunt. *Ibidem.*

Althæa, Marsh-mallows. Ex hujus foliis & radicib. conficiatur cataplasma, ad Tumores duros emolliendos & maturand. efficax. *Ibidem*

— OEDEMATOSI.

Chelidonium majus, Celandine. Herba contusa & instar cataplasmatis applicata, hos Tumores absumit. Si vero fortius vis habere adde stercoris columb. vel caprini parum. *Etmullerus.*

Lupuli, Hops. Lupuli in cerevis. cocti & parti in epithemat. vel cataplasmat. formâ admoti hos tumores tollunt. *S. Pauli.*

TUMORES PRÆPUTII.

Sambucus, Elder. ℞ Flor Sambuci m. ij. lactis vaccini recent. ℔ iiß coq. ab ℔i Ex colatur. fiat fotus, ter quaterve in die usurpandus. *Etmullerus.*

—— PUDENDORUM.

Becabunga, Brook-lime. *Chamæmelum*, Chamomil. ℞ Fol Becabung. part. ij flor. Chamæm. recent. part. i contundantur simul, & fiat cataplasma calide tumoribus applicandum post usum fotus sequent.

Cha-

Chamæmelum. Sambucus. ℞ Flor. utriuſq; a. m ij. coq. in aq. ſeu potius Vini ℔ ij. ad ℔ iiſſ. fiat fotus calide uſurpand. N B. ſi in cataplaſmate conficiendo Chamæmeli flores fuerint ſiccati pulverizari oportent & cum Becabung. contund. *Etmullerus.*

SCHIRROSI.

Orobanche ſeu Rapa Geniſtæ, Broom-rape. Unguentum ex fol & floribus cum butyro majali vel axungia confectum optime valet ad uſus prædictos. *Raius.*

TUSSIS.

Capilli Veneris, Maiden-hair. ℞ Fol. hujus m. vi. ex his fiat in aq. pluv. decoctum forte ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ fortiter expreſſæ adde ſaccharı & mellis deſpumati a. q. ſ. ut fiat Electuarium. Cap. quantit. nuc. majoris & diu teneat in ore ac leniter deglut.

Ruta, Rue. Decoctum fol. recentium eodem modo in Electuarii formam redactum, etiam commendatur à *Stockero.*

Caſtaneæ, Chefs-nuts. ℞ Farinæ Caſtanearum q v. mellis deſpumati q. ſ. fiat Electuarium horis medicinalibus uſurpandum. *Raius.*

Cynogloſſa, Hounds-tongue. ℞ Fol. hujus m iiij. Hyſſopi, capillor. Vener. Tuſſilaginis, ana m. j. ſeminum aniſi, radicis Glycyrrhizæ a. ℥ vi. coque in aq. hordei ℔ vi. ad iiij. Colatur. adde ſaccharı q ſ. Doſis ℥ iiij. ter quaterve in die. *Pharmacop. Bateana.*

Hædera Terreſtris, Ground Ivy. ℞ Summitat. Hederæ Terreſt. Rubeſcentium in Aprili cœlo ſereno collectarum q. v. contuſæ formentur in placentam, quæ ſole fervido cito exſiccata, in pulver. ſubtil. redigatur, & in vitro probe obturato uſui ſervetur.

Hæc planta virtutem cum odore & colore optime ac diutiſſ. ſupra omnes conſervas aut Syrupos retinet, & in tuſſi gravi & pertinaci, ſummopere prodeſt. Doſis à ℥ ſſ. ad ℥ i. in aq. deſtillata decocto pectorali vel aliquo alio vehiculo idoneo. *Willis Pharm. Rat. P. 2.*

Juniperus,

Juniperus, Juniper. ℞ Baccar. Juniperi contuſarum m.iij cereviſiæ ℔iij. coq. ad tertiæ partis conſumptionem; colaturæ cap. hauſtum mane & ſero *Stockerus.*

Rapæ, Turneps. ℞ Decocti fortioris Raparum cum ſaccharo albiſſimo in ſyrupum redacti q. v. detur cochleatim, ſæpius in die ſenſim deglutiendo. *Boyl.*

Rapæ, Turneps. ℞ Rapar. excorticatar. & in laminas tenues inciſar. ℔iij. ſacchari opt. pulveriz. ℔i. fiat S. S. S. in vaſe fictili; ſtent in frigido ſimul cum pondere ſuper-impoſito per 12 horas, deinde fiat colatura per expreſſionem. *Pharmac. Batean.* Vel,

℞ Rapar. ut ſupra præpar. & in vaſe fictili S. S. S. locatarum q v Probe obturetur vas & ſtet in MB. donec Rapæ teneræ evadant; ubi refrixerint exprimatur ſuccus. Harum præparationum cap. æger cochlearia ij. vel pluria mane & ſero Vel,

℞ Raparum excorticatar. & in laminas inciſar. ſacchari albiſſ. a. partes æquales, fiat S S.S. in olla vitriata, quæ papyro vel potius paſta co-operta ponatur in clibano inter panes coquend. exempta, ubi refrixerit exprimatur liquor uſui reſervandus. Doſis cochlear. i. mane & veſpere. *Willis.* Vel,

Alii ſequente modo conficiunt ſyrupum.

℞ Rapar. excort. &c. coq in clibano ut ſupra; exempta, ubi ſint frigidi exprimatur ſuccus, cujus ſingulis libris ovorum albuminibus depuratis addatur ſacchari albiſſimi ℔i. liqueſcant in MB. ut fiat ſyrupus tenuioris conſiſtentiæ. Doſ. ut ſupra coch. 1. &c.

—CONVULSIV. PUEROR.

Muſcus Pixidatus, Cup-Moss. ℞ Muſci hujus pulveriz. ℥i. ſacchari canti ℈i. mſ. dividantur in 3. vel 4. chartulas, quarum capiat unam mane & veſpere ex vehiculo idoneo. Vel,

℞ Muſci pulveriz ℥ij. lactis ſulphuris ℈ij. ſem. aniſi pulv. ℈i. dividantur in ſex partes ut ſupra exhibendas. Vel,

℞ Muſci prædict. ℥i. coque in lactis recent. q. ſ. pro

una dosi exhibeatur hauſtus eodem modo præparatus, mane & ſero. Vel,

Quibus lac ingratum ſuerit exhibeatur hujus decoctum in aq. font. Hyſſopi vel aliqua alia aqua pectorali præparatum ad ℥ ij. vel iij. bis in die, addendo ſi placet ſacchari vel ſyrupi alicujus appropriati q. ſ. Vel,

℞ Muſci prædict. ℥ i. coquatur in aq alicujus pectoralis ℔ ij. ad ℔ i. colaturæ claræ adde ſacchari canti ℔ i. & in MB. evaporentur ad ſyrupi conſiſtentiam. Hæc ex *Williſio.*

Pulegium, Penny-Royal. Hujus ſuccus expreſſus ad coch. unius menſuram cum tantillo ſacchari canti exhibitus, tuſſim puerorum convulſivam curare ſolet. *Boyl.*

Petroſelinum, Parſley. ℞ Succi hujus recenter expreſſi ℥ ſſ lactis muliebris ℥ i. pulv. Glycyrrhizæ ℈ i. m. capiat cochleatim. *Foreſtus.*

——— INVETERATA.

Marrhubium, Hore-hound. Decoct. hujus in aq. vel Vino; immo folia quocunq; modo uſurpata proſunt. *Freytagius. Foreſtus.*

Tuſſilago, Colts-foot. Syrupus ex ſucco vel ex infuſione florum vel decoct. folior. ſpecifice curant. *Etmullerus.*

——— A LYMPHÆ ACRIMONIA.

Althea, Marſh-mallows. ℞ Pulp radicum Altheæ per ſetaceum trajectæ ℥ i ſacchari perlati, Gummi Arabicæ, Tragacanthæ, Amyli, in aq Papav. Rhæados ſolut. a. ℥ ij. ſacchari penidiati in aq Roſarum ſoluti q. ſ. m. fiant tabellæ ponderis ℥ i. quarum capiat ad libitum & ſenſim ad tuſſim demulcendam diglutiantur. *Morton*

Rapæ, Turnips. Harum decoctum ſpecificum eſt Remedium & ſæpe expertum à *Cratone.*

V

V.

VENENA SUMPTA.

Allium, Garlick. Allium crudum vel conditum comedatur, & bibat æger Vinum generosum. Vel, *Calamintha*, Calamint. Hæc Herba quocunq; modo sumpta Venenis omnibus obstat. *Ætius.*

Galega, Goats-Rue. Succus hujus recent. expressus, & epotus, ad venena sumpta mire est efficax. *Morrisonus.*

Juglandes, Wall-nuts. *Ruta*, Rue. ℞ Juglandium No ij. fol. Rutæ N° 20. salis gr. i. contundantur simul & exhibeantur jejuno & tutus erit. Nobile enim est præservativum.

AQ. FORTIS POTATIO.

Cydonia, Quinces. Fiat mucilago ex horum seminibus contusis & in aq. font. parum coctis, & propinetur ægroto. Puerum qui aq. fort. potaverat hac medicinâ curavit *Forrestus.*

CANTHARIDES.

Linum, Flax. Decoctum seminum Lini epotum cantharidum erosiones in ventriculo absumit. *Platerus.*

Pulegium, Penny-Royal. Planta hæc quocunq; modo usurpata commendatur à *Sennerto.*

CICUTA.

Præmisso vomitorio, vel etiam purgante aut Clystere, sequentia alexipharmaca statim sunt exhibenda; videlicet, *Absynthium. Daucus. Gentiana. Urtica.* ℞ Fol. Absynthii q. s. vel. ℞ Seminum Dauci q. s. vel, ℞ Radicis Gentianæ q. s. vel, ℞ Seminum Urticæ q. s. Hæc per se in pulverem redacta ex Vino generoso hauriantur aut decoctum cujusvis in aq. font. seu potius Vino factum propinetur *Sennertus.*

ELLEBORUS.

Imprimis propinetur sequens vomitorium.

℞ Florum genistæ, sambuci a. pug. ij corticis ebuli ℥ij seminum anethi, attriplicis, ana ℥i. coq. in q. s. Hydromelitis;

dromelitis; ad ℥ vi. Colatur. adde fol. Rutæ ℥ i. m. fiat emeticum. Si Clyſtere opus fuerit paretur is è decocto radicum Altheæ, folior. centauri min. plantaginis & rutæ cum additione olei Anethin. & vitellis ovorum; deinde exhibeantur.

Nymphea, Water-lily. *Paſtinaca*, Parſnep. Pulv. Flor. vel Radic. Nymph. albæ ex Vino, vel pulv. ſem. hujus ad ʒ ij. *Ætius. Sennertus.*

——EUPHORBIUM.

Euphorbio aſſumpto, ad ejus Tormina & Eroſiones, cum vomitorio & clyſtere incipiendum. His finitis

Citria Mala, Citrons. *Helenium*, Elecampane. ℞ Sem. Citrii pulveriz. ʒ i. vel ʒ ij. exhibeantur ex Vino in quo Helenii Radices cocti fuerunt. *Sennertus.*

——FUNGI.

Detur vomitorium in Ellebore deſcriptum poſt cujus finatim operationem,

Vitis, The Vine. ℞ Cinerum ſarmentorum Vitium cribratorum ʒ ij vel ʒ iij. & addito pauxillo nitri exhibeantur ex aq. mulſæ q. ſ. Vel,

℞ Lixivii ex cineribus prædictis parati q. ſ. ægrotos mirabiliter juvat. *Ætius.*

Horum malignitati maxime reſiſtunt Allium, Abſynthium, Ariſtolochia, Calamintha Montana, Hyſſopus, Naſturtium, Origanum, Ruta, ex ſingulis quorum præparationes valde proficuæ fieri poſſint. *Sennertus.*

——HYDRARGYRUM.

Poſt argenti vivi, crudi aſſumptionem fiat valida corporis commotio, ut ejus particulæ per inteſtina & alvum effluere queant; deinde Clyſter. aut purgans medicina inſtituatur. Tunc

Coſtus. Pulv hujus Radicis in Vino fumatur. *Guainerius.* Vel,

Pimpinella, Burnet. Succus Pimpinel. propinetur quo poſt multa fruſtra tentata ægrotum curavit *Schenckius.* Vel,

Ruta, Rue. ℞ Fol. Rutæ pulv. ʒ ij. detur in Vino. *Guainerius.*

RA-

— RANUNCULI *sive* RANARUM FOETUS.

Juglans, The Wall-nut Tree. ℞ Corticis exterioris Radicis Juglandis m. i. coq. in Vini & aq. ana ℥ xij. ad ℔ i. cujus capiat ægrotus hauſtum unum vel alterum & animalcula educet. *Gabelchoverus.* Vel,

Bryonia alba, White Bryony. Hujus radix ſiccata, & pulveriz. & ex Vino exhibita, eadem præſtat. *Ibidem.*

— VITRUM.

Milium, Millet. Si vitrum aut aſciculæ vel ſimilia deglutiantur, inſigne Remedium eſt pulmentum cum lacte factum & copioſe comeſtum & nil potûs deſuper affundatur; cujus rei egregiam habent hiſtoriam *Keckermannus in obſ. Syſtem. Phyſ. & Sennertus in Prax.*

— VIRIDE ÆS.

Si quis Æruginem aſſumpſerit emeticum ex aq. tepid. cum oleo olivar. aut butyro exhibeatur, & alvus enemate (ex decocto malvæ altheæ, ſeminum Fœnugræci, Pſyllii, &c. addito melle & oleo communi vel Roſarum) eluatur, his præmiſſis.

Acorus. ℞ Succi Rad. Acori ℥ ij. vel ℥ iij. dentur in Vino. Vel,

Apium, Smallage. ℞ Succi fol. Apii ℥ ij ſumatur ex Vino Vel,

Mentha, Mint. Succi fol. Menthæ ℥ ſſ. ſumatur in hauſtu potus. Vel,

Zedoaria Zedoary. ℞ Pulv. Rad Zedoariæ ℥ i. capiat in hauſtu Vini generoſi. Hæc *Sennertus.*

VENEREM STIMULANT

Bardana, Burdock. Caules deraſo cortice antequam lappæ gignantur, ad teneritudinem cocti, jucundam præbent eſcam, Veneremq; excitant; crudi etiam eſi eadem præſtant. *Laurembergius.*

Bulbocaſtanum, Earth-nuts, or Pig-nuts. Radices crudæ, ſed præcipue in juſculo coctæ, & cum butyro & pipere poſt excorticationem eſtæ, cibum præbent ſuaviſſimum, valde nutrientem, & Venerem ſtimulantem. *Raius ex Tralliano.*

Eruca, Rocket. ℞ Seminum Erucæ pulveriz. q. v. cujus ʒ ſſ. vel ʒij. aſſumpta, Venerem ſtimulant & tardos excitant maritos. *Etmullerus.*

Polygonum, Knot-graſs. Hujus ſuccus exhibitus multum coire facit. *Stockerus.*

Urtica, Common Nettle. ℞ Seminum Urticæ q. v. pulv. & cum Vino optimo calido ſumantur à ʒ ſſ. ad ʒi.

VENTRICULI ABSCESSUS.

Cabioſa, Scabious. Syrupus ex ſucco jejuno ſtomacho potatus ventriculi Apoſtemata curat. *Stockerus.*

ANOREXIA.

Beta, Beets. Plantulæ recens cum radicibus leviter bullitæ & ex aceto poſtea devoratæ cibi appetentiam afferunt. *Raius.*

Abſynthium Romanum, Roman Wormwood. *Dens Leonis*, Dandelion. ℞ Summitat. Abſynth Roman. m.ſſ. radic. taraxici ſive Dentis Leonis ʒ ſſ. incidantur & infundantur, in Vini Rhenani optimi ℔ſſ per noctem. Mane ſequenti colatura exhibeatur ægro, & appetitum ciet & Vermes necabit. *Pet. Foreſtus.*

Ammi, Bishops-weed. ℞ Semin. pulv. ʒ ſſ. detur in Vino per quatuor auroras jejuno, valde ſunt proficua. *Horat. Augenius.*

Gentiana Gentian. ℞ Rad. pulv. à gr. 12 ad ʒo ℈ opus fuerit bis terve in die, & quantum fieri poterit jejuno ſtomacho. *Boyl.*

Poma, Apples. Syrupus ex ſucco pomorum acidorum præparatus, ad appetitum reſtaurandum apprime conducit. *Horat. Augenius.*

Vitis, The Vine. Succus è pampinis, ſeu foliis Vitis expreſſus, & per ſe aut in Syrupum confectus aut cum miva cydoniorum miſtus, & exhibitus ſpecifice commendatur ad appetitum depravatum prægnantium.

Aq. ex iiſdem deſtillata eaſdem habet laudes. *Etmullerus.*

—— CALOR.

Glycyrrhiza, Licorice. ℞ Glycyrrhizæ recentis raſæ q. ſ. infundatur & in aq. f. coquatur pro potu ordinario, ventriculi calorem ſive inflammationem compeſcit. *Rulandus.*

Portulaca, Purſlain. Hujus ſuccus vel ſyrup. ex eo confectus, ſed præcipue planta recens comeſta maxime proſunt. *Etmullerus.*

Prunellus Sylveſtris, The Sloe-tree. Summitates virgarum ipſo anno creſcentes maſticatæ & devoratæ multum conducunt, præſertim itinerantibus tempore æſtivo: fol. tenera eaſdem præbent virtutes. *Franciſcus Joel.*

—— DOLOR.

Abſynthium Vulgare, Wormwood. *Agrimonia. Centaur. min.* ℞ Summitatum harum plantarum inciſ. a. m.ſſ. coq. in aq. font. q. ſ. ad ℥v. in colatura diſſolve ſacchari albi ℥i. cap. mane per biduum. *Riverius.*

Carum, Caraway. ℞ Pulv. ſemin. ℈i. vel ℈ſſ. vel ejus defectu ol. ſtillatitii (ſi haberi poſſit) guttas 6. vel 7. exhibeantur in juſculo calido, & ſudent. *Etmullerus.*

Chamæmelum, Chamomil. ℞ Decoctum florum Chamæmeli ℥ iiij. dentur mane jejuno vel urgente proximo. Vel,

℞ Aq. flor. Chamæmeli ℥ iij. capiat calide ut ſupra. *Riverius.*

Prunellus Sylveſtris, The Sloe tree. Fiat infuſio florum hujus in Vino optimo per noctem, die ſequente deſtilletur in MB. aqua ad ventriculi tormina experta. *Tragus.*

—— FRIGIDITAS.

Abſynthium Romanum, Roman Wormwood. Summitates Abſynthii Romani in Vino coctæ & epotæ valde ſunt proficuæ. *Weikardus.*

Carduus Benedictus. Syrupus ex hujus ſucco, cum ſaccharo præparatus præſens eſt Remedium. *Ibidem.*

—— IMBECILITAS

Abſynthium, Wormwood. ℞ Abſynthii ſicci m. i. infunde per octo horas in aquæ font. q. ſ. frigide; cap. æger ℥ ij. vel iij. mane & veſperi, præſertim à prandio & cœna. *D. Bowles.* Vel,

Rad. Abſynth. ſtomachicis præſtantiſſimis antenumerat *D. Greuius.* Vel,

Artemiſia, Mugwort. *Mentha*, Mint. ℞ Summitatum Abſynth. Artemiſiæ & Menthæ ana q. ſ. contundantur ſimul ad cataplaſmatis conſiſtentiam quod tepide ventriculo applicandum. *Boyl.* Vel,

℞ Menthæ criſpæ pulv. & cribratæ q. v. de quo ſumat ægrotus quotidie; poſt cibum adde ſi placet ſacchari parum. *Stockerus.*

Nux Moſchata, Nutmeg. Nucis Moſchati parum in Vino Hiſpanico infuſum & jejuno exhibitum, ventriculum roborat. *Stockerus.*

—— FLATUS.

Ebulus, Dwarf-Elder. Hæc Herba quocunq; modo uſurpata, flatus diſcutit; radix vero præferenda. *Gabelchov.*

Nux Moſchata, Nutmeg. Raſa & in Vino infuſa, & tepide exhibita omnes flatus diſcutit. *Stockerus.*

Urtica, Nettles. ℞ Seminum Urticæ in pulv. ſubtil. redact. ℥ iſſ. ſumantur ex hauſtu Vini tepefact. opt. eſt Remedium.

VENTRIS FLATUS.

IMperatoria, Master-wort. Hujus radix incila & Vino Hiſpanico infuſa vel aliquo alio modo uſurpata, ventris flatus diſcutit, & maxime valet ad ejus *Morriſon.*

—— TORMINA.

Chærefolium, Chervil. Hujus folia leviter contuſa & butyro friſa, & abdomini calide ſuper-impoſita, certum eſt Remedium. *Morriſon.*

Chamæmelum, Chamomil. *Verbaſcum*, Mullein. ℞ Flor. Cham. & Verbaſc. a. q. ſ. ſacculis includantur, vel fotus forma applicentur. Expertum eſt Remedium. *Bernullerus.*

VE R.

VERRUCÆ.

Agrimonia, Agrimony. ℞ Agrimoniæ recentis q. ſ. contunde cum aceto in cataplaſmatis formam eoq; prius fricentur verrucæ, deinde applicetur magma. Expertum.

Calendula, Marigold. Fricentur Verrucæ hujus ſucco vel ejus foliis leviter tritis, eaſq; abſument.

Calendula, Marigold. ℞ Flor. hujus q. ſ. quibus bene fricentur Verrucæ, poſtea Urina equina (maſculi pro maſculo & fœminæ pro fœmina) ablue & per ſe exſiccari ſinas, ter quaterve repetatur hoc opus, & verrucas extirpabit. *Hoffman.*

Caprifolium, Wood-bind. Folia viridia contuſa & Verrucis applicata quinquies vel ſexties renovando certò curant. Expertum.

Ficus, The Fig-tree. Quidam qui patiebatur Verrucas multas in digitis manuum, curatus fuit illitu lactis ficulnei quater aut quinquies adhibit. *Riverius ex obſervat. communicat. à D. Sim. Jacoz.* Vel,

Fricentur Verrucæ foliis ficus, quæ poſtea ſepeliantur, & evanebunt Verrucæ. Expertum.

Mercurialis, Mercury. Hujus ſuccus illitus omnis generis Verrucas abſumit. *Raius.*

Portulaca, Purſlain. Intra ſeptem vel octo dies curantur Portulaca contuſa, ſi ea confricentur, & deinde inſtar cataplaſmatis admovetur, iterando bis in die. *Formius.*

Sambucus, Elder. Succus baccarum ſæpe illitus verrucas abſumit. Expertum.

Sedum majus, Houſeleek. Hujus folia (detracta cortice interiori) verrucis appoſita & ſæpius renovata ita efficiunt, ut ſenſim invisibiliter diſpareant. *Etmullerus.*

Plantag. Broad. ad Warney. Nether Gleadmill.

VESICÆ DOLOR.

P *Arietaria*, Pellitory of the wall. Herba contusa & cataplasmatis forma testiculis & infra Umbilicum quater vel quinquies tepide applicata ad dolores vesicæ certum est Remedium.

INFLAMMATIO.

Chamæpytis. Ground-Pine. Herba in lacte recente cocta & ter in die exhibita usus est eximii, uti etiam ad vesicæ

ULCERA.

Fabæ, Beans. ℞ Farinæ Fabarum ℥ ij. fl. Rosarum rub. balaust. nucum cupress. pulveriz. a. ℥ ij. croci pulv. ℈ ss. m. f. decoctum in aq. Rosarum & plantaginis a. q. s. & pauxillo aceti, addendo sub finem vitellum ovi, & parum aq. Rosarum f. cataplasma, refrigerans & Anodynum. *Fabric. Hildanus*.

Fragaria, Strawberry-Plant. ℞ Hujus Herbæ cum rad. ℔ iij. incide vel contunde & coq. in aq. font. mensura una, coquantur autem in vase omnino obstructo præterquam foramen minutim in co-opertorio relinquetur, per quod materia transpirat; completur hoc decoctum communiter in una hora cum lento igne & sedabit dolorem, præsertim ab ulceribus vesicæ causatum. *Stockerus*. Vel,

Fiat decoctum plantæ totius quo utatur ægrotus ter in die & violentissimos ulcerum dolores sedabit. *Doncrellius*.

Glycyrrhiza, Liquorice. Hujus radix sive infusion. sive in decocto vel aliquo alio modo usurpetur easdem præbet virtutes. *Solenander*.

Plantago, Plantain. Ex hujus fol. mundatis & incisis fiat in aq. fontana decoctum forte cujus capiat æger ℥ vi. vel plures mane & vesperi per mensem vel diutius. In vesicæ ulceribus Remedium est Expertum.

VESICATORII DOLOR.

S*Ambucus*, Elder. ℞ Corticis ſecundi & viridis, rami Sambuci cultello derafi m. i. coquatur in oleo dulci cum pauca aqua ad aquæ conſumptionem, colaturæ adde ceræ parum, f. Unguentum, quo dolores omnes à veſicatorio excitatos demulcebat *D. Pachequus in obſ. River. com.*

VESPÆ ICTUS.

SI Aculeus in vulnere fuit relictus, applicetur emplaſtrum ex cinere, oleo & fermento, vel hiſce nihil proficientibus, fortiter fugatur. Extracto aculeo, aut ſi nullus adfuit imponantur ſequentia.

Ficus, The Fig-tree. Lac hujus parti dolenti illitum multum valet. *Sennertus.* Vel,

Lens Paluſtris, Duck-meat. ℞ Hujus q ſ. contund. cum pauco aceto & parti admoveatur. *Ibidem.* Vel,

Naſturt. Aquat. Water-creſſes. Hæc Herba trita & impoſita non modo dolorem ſedat, verum etiam tumorem diſcutit. *Ibidem.* Vel,

Ruta, Rue. Contuſa & applicata multum prodeſt. *Ibidem.*

Coriandrum, Coriander. Si aliqua in toto corpore ſentiatur mutatio tum exhibeantur hujus ſemina cum ſaccharo. *Ibidem.* Ex Ardoyno & Chriſtoph. Dichoneſtis ad apum ictus hæc etiam valet.

VIPERÆ MORSUS.

IMprimis exhibeatur Alexipharmacum ſequens.

Abſynthium, Wormwood. *Coſtus.* ℞ Radicis Coſti ſubtiliſſi. pulv. a ℥ ſſ. ad ℥ i. Vini Abſynthites vel decocti ejuſdem q. ſ pro hauſtu, optime valet, quia Coſtum veneni viperarum Bezoar. eſſe ſcribunt *Ardoynus & Dioſcorides.*

Huic etiam proſunt & commendantur radices

Aſpho-

Asphodeli, Asphodel. *Aristolochiæ rotundæ*, Round Birthwort. *Bryoniæ. Gentianæ. Tormentillæ.* Quorum quodlibet seorsim vel plura (subtilissime pulverizata) simul mixta exhibeantur ad drachmam unam ex hausto largo Vini veteris. *Sennertus.*

Sequentia ab eodem autore celebrata quia facile parabilia addere æquum duxi.

℞ Rad. Aristoloch. rotund. cassiæ ligneæ, baccarum lauri, piperis ana ℥ij. castorei ℥i. fol. Rutæ sylvestris ℥iss. sem. anisi ℥ss. pulverizentur omnia & cum melle despumato redigantur in formam Electuarii. Dosis à ℥i. ad ℥ij. cum hausto Vini externe applicentur hæc, Stercus capræ cum aceto, pice, cerâ & sulphure mixtum. Vel,

Scillæ, Squills or Sea-Onions. Harum Radices in aceto coctæ & contusæ in cataplasmatis formâ imponantur. Vel,

℞ Radices Aristolochiæ, Peucedan. fol. Centaur. min. ana pondus æq. pulverizentur & cum Galbano & aceto forti f. Emplastrum. Vel,

Emplast. ex allio, ficubus & theriaca utilissimum est.

VIRGÆ EXCORIATIO.

Plantago. ℞ Hujus folium largum, lavetur in aq. frigida & inter glandem & præputium imponetur & renovetur si primum non perfecerit curam. Sæpe expertum.

—— ULCUSCULA.

Bedaguar seu Fungus qui nascitur in Arboribus Rosar. Rose-Sponge. Materia hæc spongiosa comburatur in olla nova, in cinerem vel pulverem, qui virgæ ulceribus insparsus mirabilis est efficaciæ, curat enim sine dolore & corrosione. *Stockerus.* Vel,

Berberis, The Barberry-tree. ℞ Pulveris corticis median. Lign. Berberis q. s. parti aspergatur & ulcera sanabit. Expertum à *Stockero.*

VISCERA ROBORANT

Allium, Garlick. Aglydia hujus ab uno ad 2. vel 3. jejuno ſtomacho aſſumpta multum proſunt. *Boyl.*

Caryophyllata, Avens. Radix inciſa & in cereviſia infuſa, & pota, ſummum tenet. *Hulſe.*

VOMITUS.

Mentha, Mint. ℞ Menthæ Criſpæ q. v. infundatur in aceto ut ea bene impregnetur, deinde coletur hoc acetum, ſive intus aſſumptum vel extus applicatum valde eſt proficuum. Vel,

℞ Ferment. acerrimi ℥ iij. Menthæ pulv. ℥ i. Maſtic. Caryophyl. Cinnam. pulv. a ℥ i. nuc. m. N°. 2. cum aceto Menth. f. cataplaſma ventriculo tepide applicand. Catholicum habetur. *Etmullerus.*

—SANGUINIS.

Burſa Paſtoris, Shepherds-Purſe. Si hæc planta teneatur in manibus in paroxyſmo & extra paroxyſmum ponatur ſub plantis pedum, ad hunc morbum inſigne eſt Remedium. *Simon Paul.*

Conſolida, Comfrey. *Plantago*, Plantain. ℞ Radicum conſolid. recent. ℥ vi. ſol. Plantaginis m. xij. contundantur bene in mort. marmoreo & exprimatur ſuccus forti expreſſione & cum ſacchari q. ſ. f. ſyrupus ſine clarificatione. Doſis cochl. i vel ij. ſæpius in die. *Digbius.* Vel,

Ex iiſdem plantis & ſacchar. conficiatur Electuarium valde proficuum. *Raius ex Boyl.*

Secale, Rye. ℞ Panis ſecalini m. iij. ſalis communis m. i. aceti fort. q. ſ. m. f. emplaſtrum thoraci & ſtomacho applicandum. *Martin. Rulandus.*

Urtica. ℞ Aq. Urticæ maj. q. v. aciduletur cum ſpiritu vitrioli & exhibeatur, commendatur ab Etmullero & multis laudibus celebratur à Rulando qui eum inſtar miraculi ſanguinem effluentem ſiſtere affirmat.

Decoctum

Decoctum Urticæ ad ſanguinem in ventriculo concretum & ſtagnantem optime valet, immo ſpecifice prodeſt ſi ejus hauſtum biberit ægrotus bis terve in die. *Jungken.*

ULCERA INTERNA.

Bugula, Bugle. Decoctum Bugulæ in juſculo vervecis ulceribus internis mire prodeſt. *Riverius.*

Hypericum, St. John's-wort. Syrup. ex flor. hujus per infuſionem in MB. præpar. ulceribus omnibus internis cooſolidandis convenientiſſimus eſt. *Riverius.*

Symphitum, Comfrey. Hujus radix in juſculo decocta vel ſyrupus ex Symphito præpar. optime valent. Nam detergunt, conſolidant, & aſtringendo roborant. *Riverius.*

—MALIGNA.

Anagallis, Pimpernel. Succus Anagallidis (flore Phœniceo) cum Herba coctus, & applicat. perfecte ſanat. *Poterius.*

Draconticum, Dragons. Hujus radix ad Ulcera maligna, & cacoethica multum valet. *Euſt. Rudius.*

Mentha, Mint. *Ruta*, Rue. Laventur & foveantur ulcera decocto Menthæ mane & veſpere, hocq; peracto inſpergantur pulvere ſubtiliſſ. Rutæ. *Rulandus.*

Perſicaria, Arſemart. ℞ Fol. hujus viridium q. v. macerentur in aq. font. & applicentur ulceribus donec incaleſcant, & ſiccentur, tum ſepeliantur hæc folia in fimo, & uti hæc putreſcunt, illa ſanabuntur; repetenda autem ſunt folia recentia per aliquot tempus. *Paracelſus. Helmont. Hoffman. Etmullerus.*

——PHAGEDÆNICA.

Elatine, Female Fluellin. Succus Herbæ expreſſus, ejuſve aqua deſtillata, tum intus aſſumpta tum exterius applicata,

applicata, ulcera ſerpentia & cancroſa cohibent & perfecte ſanant. *Raius ex Lobelio.*

Poma, Apples. Deſtilletur aq. ex pomis putridis contuſ. hac lintea quadruplicata imbuta & tepide admota ſanant. *Schmuchius. Etmullerus.*

——PUTRIDA.

Alliaria, Sauce-alone, or Jack-by-the-Hedge. Ego veris tempore (in fine ſcil. Aprilis vel ineunte maio) Alliariam colligere ſoleo, & poſtquam per diem unum in umbra exſiccata fuerit, minutim incido, in mortario contundo, & in prelo ſuccum exprimo, quem in vitreis ampullis (ſuper-infuſo parum olei) annum integrum, immo ad tres uſq. annos reſervo.

In ulceribus putridis, & ſordidis, uti etiam in gangrænis, præſtantiſſimum eſt Remedium. Hæc ſunt verba clariſſimi *Fabricii Hildani.*

——VENEREA.

Perſicaria, Arſeſmart. *Saponaria*, Soapwort. ℞ Succi Perſicariæ vel ſaponariæ q. v. mellis anglican. optimi q. ſ. ut fiat mel quod ad Ulcera venerea & alia etiam maxime conducit. *D. Bowles.*

——VETERA.

Anagallis, Pimpernel. Hujus decoctum intus ſumptum, & extus adhibitum, dolores ſedat & Ulcera vetera ſanat. *Poterius.*

Blitum Mercury. Succus ad Ulcera vetera & ſordida purganda & glutinanda, mirifice confert. *Raius.*

Berberis, The Barberry-tree. ℞ Pulv. corticum Berberum ſubtiliſſ. pulv. q. v. eoq; inſpergantur Ulcera; exſiccat & conſolidat. *Stockerus.*

Carduus Benedictus. Laventur imprimis Ulcera Vino albo, vel ſucco pomor. ſylveſt. (Anglice Verjuice) ut mundentur, deinde applicetur Unguent. ſequens bis in die.

℞ Fol. Cardui m. iij. vel iiij. largos, contund. in mortario cum ſævi ovini depurati ℔i. his adde Vini albi ℔ſſ. coquantur ad Vini conſumptionem, & Herbæ ſiccitatem fiat colat. cui adde olei opt. ℥ij. terebinth.

Venet. ℥i. m. ut fiat Unguentum uſui reſervandum.

Rubus Vulgaris. The Blackberry-Bush. ℞ Decoct. fol. in Vin. fact. q. ſ. eoq; calide mane & ſero foveantur Ulcera quæ etſi profunda ſint & curatu difficilia, ſanabit. *Gabelchoverus.*

URINÆ ARDOR; *vide* Dyſuria.

URINAM MOVENTIA; *vide* Diuretica.

URINÆ SUPPRESSIO; *vide* Iſchuria.

UTERI DOLOR.

Nymphæa, Water-Lily. Radix Nymphææ in oleo Roſarum cocta, uſus eſt egregii. *Varignana.*

Urtica, Nettles. ℞ Semin. Urticæ pulv. ℥iſſ. exhibe ex Vino. Remedium eſt Expertum.

—— FLATUS.

Calamintha, Calamint. Hujus decoctum in paroxyſmo aſſumptum, uteri flatus mire diſcutit. *Etmullerus.*

Centaureum, Centory. Hujus ſummitates in Vino Hiſpanico infuſæ, vel coctæ, ita ut iis bene imprægnetur Vinum, & ſi calide propinetur colatura, maxime valet. *Stockerus.*

Geranium Robertianum, Herb-Robert. ℞ Plantæ probe ſiccat. & pulv. ℥i. detur in Vino generoſo multum prodeſt. *Caſp. Hoffman. ex Trago.*

Imperatoria, Master-wort. Hujus radix in Vino infuſa vel cocta flatus mirifice diſcutit. *Morriſonus.*

Nux Moſchata, Nutmeg. Mulieribus ſe aeri poſt partum nimis mature exponentibus uteri flatus ſæpe contingunt: in tali caſu ℞ Nuc. moſch. i. maj. partem quadrant. injiciatur ſuper carbones lentas ut fumus per infundib. recipiatur in vulvam. *Etmullerus.*

—— HÆMORRHAGIA.

Quercus, The Oak. Decoct. fol. intus aſſumptum Hæmorrhagias Utrinas ſiſtit. *Etmullerus.*

—— IN-

——— INFLAMMATIO.

Melilotus, Melilot. Hujus decoctum in tali casu nobilis est fomentatio si illi addantur Agrimoniæ, & Chamomæli ana pars dimidiata. *Etmullerus.*

——— PROCIDENTIA.

Quercus, The Oak. ℞ Cort. Quercus ℥ij. coq. in aq. font. ℔iiij. ad ℔ij. sub finem addendo cortic. granator. contus. ros. rub. florum granator. a. m.ij. dein adde Vini rubri ℔ss. colatura sit pro fotu qui cum pannis laneis parti affectæ admoveatur mane horis duabus antequam è lecto assurgat, & nocte post decubitum donec symptoma penitus evanuerit. *Sydenham.*

——— SUFFOCATIO.

Matricaria, Feverfew. Hujus decoctum in aceto factum, & naribus applicatum valde est proficuum. *Schroderus.*

VULNERA IN GENERE.

Agrimonia, Agrimony. Herba recens contusa & cataplasmatis formâ tepide applicata optimi est usus. *Etmullerus.*

Anagallis, Pimpernel. Hujus decoctum in vulneribus recentibus multum prodest. *Poterius.*

Asperula, Wood-roof. Hujus fol. tusa & imposita vulnera recentia sanant. *Raius.*

Bugula, Bugle. Vulneraria est tam extrinsecus quam intrinsecus adhibita & cum sanicula & scabiosa usurpata valde prodest, viz.

℞ Fol. Bugulæ, saniculæ & scabiosæ a. q. v. contunde & coq. in axungiæ porc. q. s. fiat colatura & habebis unguent. ad vulnera, ulcera & omnis generis contusiones efficaciss. *Raius.*

Chelidonium majus, Great Celandine. ℞ Hujus succi q. s. qui balsami loco, vulneribus tepide applicandus est. *Boyl.*

Chelidonium minus, Pilewort. Hujus etiam succus in vulnera quævis levia instillatus sanat. *Morrison. ex Clusio.*

Cruciata, Crois wort. Vulneraria eſt è præcipuis tam interne quam externe exhibita. *Raius.*

Ego ruſticum qui falce ſuperiorem manus partem vulneraverat hâc plantâ (quæ fortuito in promptu erat) inter duos lateres tritâ & cataplaſmatis forma vulneri admotâ feliciter curavi; Hæmorrhagia enim ſtatim ſiſtebat, & per aliquot dies repetita, ſine ullâ aliâ applicatione, vulnus agglutinavit, & cicatrizavit.

Geranium Robertianum, Herb-Robert. ℞ Succi hujus q v. ſubigatur cum pauxillo terebinth. Venetæ in Balſami formam, quod applicatum cito, tuto & jucunde curabit. *Etmullerus.*

Hypericon, St. John's wort. *Verbaſcum*, Mullein. ℞ Florum Hyperici primo irrumpentium part. i. flor. Verbaſci part. ſemiſ. ſp Vini rectificati part. iij. vel q. ſ. infundantur lento igne donec tinctura elegan. extrahatur; cui expreſſæ adde terebinth. Venet. & ol. infuſionis momordicæ a. q ſ. f. Balſam. *Etmullerus.*

Hypericon, St. John's-wort. ℞ Myrrhæ, Aloes, & ſanguinis Draconis optime pulverizat. a. ℥i. ſp Vini ℥ 5. vel ℥ 6. digerantur in matracio per duas aut tres horas (ut Gummi ſolvantur) in lento calore arenæ, deinde adde flor. ſiccat. Hyperici quantum cum pollice & quatuor digitis comprehendere poſſis, infundantur ſimul per noctem & die ſequente f. colatura dum adhuc tepeſcat, per expreſſionem; huic adde terebinth. Venet. ℥ ſſ. quæ leni calore ſoluta, efficiat Balſamum elegans & ruberrimum ad vulnera & contuſiones præſtantiſſimum. *P. Thibaut. Ars Chymiæ.* Vel,

Ol. ex ſeminibus cum prelo expreſſum, in vulneribus ſanandis Balſamo cuivis naturali præferendum eſt. *Raius.*

Millefolium, Yarrow. Si ſuccus hujus, vel pulvis Herbæ probe ſiccat. in vulnera recent. immittantur, intra 24 horas aut eo circiter conſolidantur. *Etmullerus.*

Nicotiana, Tabaco. Fol. recent Nicotianæ impoſita, ad

ad omnia fere vulnera ſananda eximiè proſunt. *Bald.*

Ophioglossum, Adders-tongue. ℞ Fol. recent. q. v. contund. cum oleo olivar. optim. q ſ. coq. ad ſucci conſumptionem & donec folia criſpa fuerint; fiat colatura & habebis oleum eleganter viride & ad vulnera quæcunq; efficaciſſimum. *Gerardus.*

Addi poterit cum fructu terebint. Venet. parum.

Perficaria, Arſmart. Fol. (ut in ulceribus memorantur) vulneribus applicata illa perfectè ſanabunt. *Etmullerus. Paracelſus, &c.*

Sideritis, Clowns All-heal. Hujus fol. recentia cum axungiâ porcinâ contusâ & vulneribus impoſita, illa perfectè ſanant, & Unguent. ſequens ad omnis generis vulnera tam interna quam externa mirabilis eſt efficaciæ.

℞ Fol. recentium m. iiij. contundantur cum axungiæ porcinæ ℥ iiij. quibus adde ol. olivarum optimi ℔ ſſ. coq. ſimul ad ſucci conſumptionem (quod fit ubi nullæ exſurgant bullulæ) & deinde fiat colatura in qua ſuper lentum ignem iterum diſſolve tereb. Venet. opt. ℥ ij. m. f. Unguentum in vaſe probe obturato uſui reſervandum. Hoc Unguentum miris laudibus commendat variiſq. exemplis illuſtrat *Gerardus.*

N. B. Hæc planta à prædicto Gerardo ſub titulo panacis Coloni appellatur; à Domino Raio vero aliiſq; recentioribus Botanicis Sederitis Anglica ſtrumoſa Radice.

Symphitum, Comfrey. ℞ Rad. ſymphiti bene mundatæ. q v. contundantur ad pultis conſiſtentiam quæ tepidè partibus applicata vulnera conſolidat & ſanat. *Etmullerus.*

Vinca Pervinca, Periwinkle. *Cardiaca*, Motherwort. ℞ Vincæ Pervincæ & foliorum Cardiacæ a. m. i. coq. in cereviſiæ verteris ℔ ij. ad medias; colaturæ capiat æger hauſtulum vel cochl. 3. mane, hora quarta promeridiana, & lectum iturus; exhibeatur tepidè & lavetur aliquoties vulnus eodem decocto. *Ranzonius.*

—INTERNA.

Millifolium, Yarrow. Fiat infusio millefolii in aq. calida, quæ ter in die per aliquot tempus exhibita, præstantissimum est Remedium. *Fred. Hoffman.*

Pimpinelia Sanguisorba, Burnet. Hujus folia decocta vel contusa, & applicata, non modo sanguinem cohibent verum etiam Vulnera consolidant.

—PUTRIDA.

Agrimonia, Agrimony. Fiat decoctum Agrimoniæ in Vino rubro, eoq; tepido laventur, & mundentur vulnera putrida, vel sordida, mane & sero. Si vulnus aliquod nimis cito sanetur, & quicquid puris vel humoris corrosivi in eo fuerit inclusa; tum,

℞ Fol. Agrimoniæ recent. q. s. contundantur & vulneri imponantur donec sanatum sit.

Cyanus, Blew-bottle. ℞ Florum Cyani q. v. contund. & exprimatur succus, qui instillatus, ad ulcera & vulnera putrida multum valet. *Raius.*

——TENDINUM.

Symphitum, Comfrey. Ex hujus radicibus cum aq. font. extrahatur mucilago, quæ tepide cataplasmatis formâ toti parti affectæ applicetur, sic enim statim tumor evanescit & dolor sedatur.

VULVAM ADSTRINGUNT.

Alchimilla, Ladies Mantle. Fiat decoctum forte Alchimillæ in aq font. & ita locetur patiens ut vapor calidus per infundibul. ascendat. *Etmullerus.* Vel,

Symphitum, Comfrey. Si non in promptu sit Alchimilla Symphiti succus vel syrupus vel decoctum intus assumptum vel decoct. externe in balnei modo usurpatum pro deliciis noviter nuptorum & fallendo sponso substitui potest. *Etmullerus.*

UVULÆ INFLAMMATIO.

Cannabis, Hemp. ℞ Semin. Cannabis contus. q. v. coquantur parum in poscâ: colatura exhibeatur pro Gargarismo. *Etmullerus.*

Ta-

Taraxicum, Dandelion. ℞ Decoctum folior. vel radicum vel plantæ totius, in aquæ font. factum q ſ. quo utatur ægrotus pro gargariſmo. *Etmullerus.*

Tormentilla, Tormentil. ℞ Radicum Tormentil. leviter contuſarum q. ſ. coquantur in cereviſia ſecundaria, ut fiat decoct. forte, eoq; ſæpe gargarizetur pars affecta. *Ibidem.*

Vularia, Throat-wort, or Canterbury-bells. ℞ Fol. Uvulariæ q. v. coquantur ut ſupra fiat decoctum eodem modo uſurpandum. *Etmullerus.*

Ulmus, The Elm-tree. ℞ Corticis interioris Ulmi recentis ℥ iiij coq. in aqua font. ℔ iij. ad dimidias colaturæ rubicundæ (Vini rubelli inſtar) adde, ſyrupi de rub. ideo & moris a. ℥ iſſ. m. fiat gargariſmus elegantiſſimus. *Pharmacop. Batean.*

PROCIDENTIA.

Argentina, Silver-weed, or wild Tanſy. ℞ Fol. Argentinæ q. v. coquantur in aceto forti, fiat colatura, eaq; ſæpe colluatur pars affecta. *Morriſonus.*

Cannabis, Hemp. ℞ Semin. cannabis contuſ. ℥ iſſ. coquantur in poſcæ q. ſ. ad ℔ i. vel in aq. & aceti ana, fiat colatura quo ſæpius utatur ægrotus, pro gargariſmo raro fallente. *Etmullerus ex Sachſio.*

Caulis, Colewort. ℞ Hujus folium largum leviter contuſum, quod vertici raſo tepide imponatur.

Chamæciſtus, Dwarf-Ciſtus, or Little Sun-flower. Decoctum Herbæ gargariſmi formâ uſurpatum, multum valet, vel Herba aliqua aliâ formâ exhibita. *Raius.*

Crocus, Saffron. ℞ Croci optimi ℈ ſſ. urinæ propriæ ℥ iiij. infundantur per aliquot horas, deinde fiat colatura quâ ſæpe gargarizetur pars affecta. *Kunrad.*

Juglans, Wall-nut. ℞ Nuclearum Juglandium q. v. contundantur bene cum ſp. Vini ut fiat cataplaſma futuræ coronali applicandum. *Crato.*

Juniperus, Juniper-buſh. ℞ Granor. Juniperi q. v. contundantur cum ſale & coquantur in Vino rubro, ut fiat decoctum forte, quod teneatur in ore ſine gargarizando. *Stockerus.*

Piper

Piper longum, Long Pepper. Si caput excrementis non abundet,

℞ Piperis longi q. v. pulverizetur & applicetur pulvis uvulæ prolapſæ, eamq; reſtituet. *Rondeletius.*

Quercus, The Oak. Fiat in aq. font. decoctum ſorte, fol. Quercus, quod melle edulcoratum & ſæpius uſurpatum, uſus eſt eximii. *Schmitzius.*

Vinca Pervinca, Periwinkle. Herba (flor. cæruleo) in aq. f. cocta, & gargariſmi inſtar uſurpata expertum eſt Remedium, immo quamvis præſentiſſima immineat ſuffocatio. *Agricola.*

Vvularia, Throat-wort. Hujus decocto ſæpe gargarizetur os & ſpecifice curat uvulæ procidentiam. *Etmullerus.*

—— ULCERATIO.

Veronica, Speedwell. ℞ Veronicæ m.ij. coq. in aq. font. q. ſ. colaturæ adde mellis parum, m. & eo ſæpe gargarizetur os. *Etmullerus.*

FINIS.

A Catalogue of Phyſick-Books, Printed for, and Sold by Sam. Smith *and* Benj. Walford.

THE Anatomy of Humane Bodies, with Figures drawn after the Life, by ſome of the beſt Maſters of *Europe*; and curiouſly Engraven in 114 Copper Plates, illuſtrated with large Explications, containing many new Diſcoveries and Chirurgical Obſervations: To which is added an Introduction explaining the Animal Oeconomy, with a copious Index. By *William Cowper*. *Oxford*; Printed at the *Theatre* on large Imperial Paper, in Fol. 1698.

Jo Raii Hiſtoria Plantarum Generalis: Acceſſerunt Lexicon Botanicum & Nomenclator Botanicus, 2. vol. folio.

—— Synopſis Methodica Stirpium Britannicarum tum Indigenis, tum in agris cultis, locis ſuis diſpoſitis, additis Generum Characteriſticis, ſpecierum Deſcriptionibus, & Virium Epitome, Edit. 2. cum reſponſ. ad D. Rivinum & D. Tournefort, in 8°.

—— Stirpium Europæarum extra Britannias naſcentium Sylloge.

—— Synopſis Methodica Animalium, Quadrupedum & Serpentini Generis, &c. in 8°.

Praxeos Mayernianæ in Morbis Internis præcipue Gravioribus & Chronicis Syntagma. — Ejuſd. Syntagma Alterum, 1. De Febribus. 2. De Morbis Externis. 3. De Arthridite. 4. De Lue Venerea, in 2 Vol in 8°.

D. R. Morton de Morbis Univerſalibus Acutis, vol. 1.

—— Id. de febribus inflammatoriis & de Variolis, &c. vol. 2. in 8°

D. Guil. Cole Nova Hypotheſis ad Explicanda Febrium intermittentium ſymptomata, in 8°.

Pharma-

Pharmacopœia Bateana cum Arcanis Goddardianis, &c. Editio tertia cum Appendice ex Autographo eximii Authoris nunc primum desumpta à Tho. Fuller. M.D. 1700.

Pharmacopœiæ Colleg. Reg. Londini Remedia Omnia succinctè descripta: Edit. 3. Aucta, 1699. per J. Shipton, in 12°.

S. Dale Pharmacologia seu Manuductio ad Materiam dicam, in 12°.

D. Sydenhami Processus Integri in morbis fere omnibus curandis, nec non de phthisi Tractatulo, 12°.

M. Lister Exercitatio Anatomica, de Cochleis, de Buccinis Fluviatilibus & Marinis, 2 vol. 8°. cum figuris Æneis.

——— Id. Exercitat. octo Medicinales. 1. De Hydrope 2. De Diabete. 3 De Hydrophobia. 4. De Lue Venerea. 5. De Scorbuto. 6. De Arthritide. 7. De Calculo Humano. 8. De Variolis, in 12°.

Philosophical Transactions, giving some Account of the present Undertakings, Studies, and Labours of the Ingenious in many considerable Parts of the World, continued to this Year 1701. and published Monthly by Dr. *Hans Sloan* Secretary to the Royal Society, in 4°.

Dr. *Bate*'s Dispensatory, translated into English, by *D Salmon*; the 2d Edit. with Emendations, and large Additions in 8°. 1700.

Dr. *Morton*'s Treatise of Consumptions, wherein the Difference, Nature, Causes, Signs and Cure, of all sorts of Consumptions, are explained, in 8°.

Cowper's *Myotomia Reformata*; Or, A New Administration of all the Muscles of Humane Bodies, with a Graphical Description of the Bones, and other Anatomical Observations, illustrated with Figures after the Life. In 8°. 1694.

The Anatomy of the Brain, containing its Mechanism and Physiology: Together with some new Discoveries and Corrections of Ancient and Modern Authors upon that subject. To which is annexed a particular Account of

of Animal Functions and Muſcular Motion, with Sculptures. By Dr. *H. Ridley*, 8°. 1695.

Oſteologia nova: Or, ſome new Obſervations of the Bones, and the Parts belonging to them; with the manner of Accretion and Nutrition, communicated to the *Royal Society*. To which is added a Diſcourſe of the Cartilages. By Dr. *Havers*, 8° 1691.

Mr. *Boyle's* Medicinal Experiments: Or, a collection of choice and ſafe Remedies, in 12°. 1696. 3d Edition, in 3 Parts.

Boyle's Hydroſtaticks, applied to the *Materia Medica*, with the way of eſtimating Ores. 8°.

—— *Boyle's* Hiſtory of Mineral Waters. 8°.

—— Of the Reconcileableneſs of Specifick Medicines to the Corpuſcular Philoſophy; with a Diſcourſe about the Advantages of the Uſe of Simple Medicines. 8°.

—— Experiments of the Porouſneſs of Animal and Solid Bodies. 8°.

A Catalogue of the Philoſophical Books and Tracts written by the Honourable *Robert Boyle*, Eſq;

Dr. *Sydenham's* Practice of Phyſick; The Signs, Symptoms, Cauſes, and Cures of Diſeaſes. Tranſlated into Engliſh by Dr. *Salmon*, with large Annotations and practical Obſervations, in 12°.

The Natural Hiſtory of Chalybeat and Purging Waters of *England*, with their particular Eſſays and Uſes. By *B. Allen*, M. B. in 8°. 1679.

Jo. Michaelis (Etmulleri Præceptor) opera medica & chyrurgica. 4°.

Riverii opera omnia Med. fol. 1679.

Boneti Anatomia practica, 2 vol. fol.

—— Medicina Septentrionalis, 2 vol. fol.

—— Index Medico-practicus, fol.

—— Polyalethes, ſive Theſaurus Medico-practicus, 1 vol. fol.

Mich. Etmulleri opera omnia, 3 vol. fol.

Fabric. ab Aquapendente opera Anatom. fol.

Fabr. Hildani opera med. Chyrugica, fol.

Mal-

Malpighii opera omnia. Cum Figuris.
Piſo de Re Naturali & Medica Indiæ utriuſq;
Willughbei Ornithologia, cum Iconibus, &c.
Wiſeman's Chyrurgical Obſervations, fol.
Vander Linden de Scriptis Medicis, 8o.
Willis opera omnia per Blaſium Amſt 1682.
De la Boe Sylvii opera omnia Edit. Ult. 4o.
Langii opera Med.
Craanen praxis Med. & de Homine, 2 Vol. 4o.
Vallade de Morbis & Paſſionibus hominis. 4o.
Caſtelli Lexicon Med. à J. Brunone, 4o.
Burnet Theſaurus Med. practicæ, 4o.
Salmons Iatrica ſive praxis medendi.
Dolæi Encyclopedia Medica & Chyrurg. 2 vol.
Bohnii Circulus Anatomicus Phyſiolog. 4o.
Waltheri Sylva Medica, 4o.
Miſcellanea Curioſa Academiæ German. 22. Vol.
Bellinus de Urinis, Pulſibus, &c. 4o.
Bartholini Acta Medica Haffnienſia, 5 Vol.
Deckeri Exercitationes Medicæ cum fig. 4o.
Blancardi opera Medica, 4o.
Poterii opera Medica, 4o.
Muſitani Chyrurgia, 4o.

Libri 8o.

Etmulleri opera omnia in compend. redacta.
Abercromby de Lue Venerea, &c.
Bett. de Ortu & Natura ſanguinis, 8o.
Riverius Reformatus.
Juncken Lexicon Chymicum.
——— Fundamenta Medicinæ, &c.
Zypæi fundamenta Medicinæ.
Walſchmidii fundamenta & praxis Med.
Blancardi Anatomia reformata.
——— Novum Lexicon Medicum.
Hartmanni praxis Chymiatrica.
Donker de febribus petechialibus.
Gibſon's Anatomy of Humane Bodies.
Willis's Works epitomized.